I. N. D. N. I. C.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

ORIGINE, DIGNITATE JURIBUS ET PRÆROGATIVIS QUIBUSDAM ILLUSTRISSIMÆ COMITUM RAPPOLTSTEINENSIUM DOMUS

QUAM

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

EX DECRETO

ILLUSTRIS IN ARGENTORATENSI UNIVERSITATE

JCTORUM ORDINIS

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CAPESSENDI

D. 22 SEPTEMBRIS MDCCXLV.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CASIMIR. HENRICUS RADIUS

ROCHSPOLETANUS.

ARGENTORATI,

Typis MELCHIORIS PAUSCHINGERI, Typogr.

ARGENTORATI,
Typis MELCHIORIS PAUSCHINGERI, Typogr.

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO IV.
NEC NON
SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO
UTRISQUE
PRINCIPIBUS PALATINIS
AD RHENUM
DUCIBUS BAVARIÆ
COMITIBUS VELDENTIÆ
SPONHEMII AC RAPPOLT-
STEINII
DYNASTIS IN HOHENACK
ET GEROLDSECK &c. &c.
DOMINIS SUIS
CLEMENTISSIMIS

QUOS
AVITARUM PATERNARUMQUE VIRTUTUM
EX ASSE HÆREDES
AMANT SUMMI PRINCIPES
VENERANTUR SUBDITI
ADMIRATUR TOTUS ORBIS
SE SUAQUE OMNIA
HUMILLIMA CUM DEVOTIONE
SACRAT
DEVOTISSIMI MONUMENTUM OBSEQUII
ERIGIT
OBSEQUIOSISSIMA CUM SUBJECTIONE
DEDICAT
HANCCE DISSERTATIONEM
PRIMOS
STUDII ACADEMICI EX CANCELLIS PRORUMPENTIS
CONATUS
TANTORUM
AUGUSTISSIMORUM,
SERENISSIMORUMQUE
NOMINUM

CLIENS DEVOTISSIMUS
SERVUS HUMILLIMUS
SUBDITUS OBSEQUIOSISSIMUS
CASIMIRUS HENRICUS RADIUS.

PARTIS I.

SECTIO I.

§. I.

Antiquiſſimis ex Illuſtribus Germaniæ Familiis ſummo jure annumerandam eſſe INCLYTAM RAPPOLSTEINIAM GENTEM, omnes conveniunt Scriptores. Prout autem aliorum Illuſtrium etiam apud Germanos Stemmatum origines multis antiquitatis tenebris obvolutæ eſſe ſolent, ita idem quoque fatum GENS HÆC HEROICA experta eſt; dum vel à Romanis vel à Germanis indigenis Majores Ejus derivantur.

§. II.

Si rationes inveſtigamus ignoratæ originis permultarum Germaniæ Stirpium, id mali ab eo

conflatum esse invenimus, quod haud magna olim Historiæ patriæ fuerit cura, studiumque in scribendis Tabulis historicis exiguum. (1) Cumque antiquis nostris Germanis scribendi subiit animus; gladii coruscantes pennarum officio

(1) Vid. Lehmann in Chron. Spirens. lib. II. c. 75. p. 169. Bernhard Hertzog Chron Alsatiæ in præfat. Pistorii amœnitat. Jurid. Part. III. p. 724. in der historischen Erzehlung von dem Kloster, und der Stadt Kitzingen, ubi inquit: *Conscripsit nemo, fecerunt fortiter omnes.*

B. Rhenanus Instit. rerum Germanic. Nov-Antiq. cum not. Joh. Taboris. Lib. I. Sect. I. p. 2. quo in loco sic scribit: *Hoc plane constat, si Germanis ob res magnifice gestas pares evenissent scriptores, quod nullis gentibus factis clarissimis posteriores fuisse legerentur. Hinc admodum difficile est, Veteris Germaniæ statum ac conditionem explicare &c. &c.*

Gramizer in dissert. de Jurisdictionis fructibus, quam videre est in Moseri Syntagmate dissertationum Jurispubl. Cap. II. §. 1. *Nec enim*, ait, *veteris ævi in conscribenda historia sive segnities, sive socordia, & quæ exinde originem ducit, fide dignorum monumentorum penuria, supra probabiles conjectationes assurgere patitur.*

Nulla familia est in tota Germania, quæ (ut multos dicam) octingentos annos suam familiam durasse, probare possit, scriptorum atque monumentorum inopia: inquit Bebelius de laude, antiquitate &c. vet. Germ. c. 16.

cio fungebantur; effususque devictorum hostium sanguis plerumque atramentum illud erat, quo haud paucos indelebiles finxere characteres. Sedes originariæ, quæ eximia sæpe antiquitatis servant monumenta, ruinis plerumque adeo sunt traditæ, ut vix ullum antiquitatis vestigium nobis supersit. Adde etiam, quod monumenta, ex quibus multum lucis hauriri potuisset, temporum injuriis relicta sic eversa, sordibus oblita & corrupta fuerint, ut quæ olim illorum facies fuerit, amplius cognosci haud possit. Tristi huic exitio sepulchrales quoque lapides admodum fuere obnoxii: quorum tamen cognitio variis historiæ erroribus nos subducere potuisset. Id infortunii Historiæ Rappoltsteinensi speciatim accedit, quod Seculo XIII. flammarum crudelitas totum fere, quod Rappolti-Villæ servabatur, Archivum, consumserit: quo facto multa memorabilia, anteaque cognita ignorantiæ tumulo jam sunt sepulta.

§. III.

In hac ergo veritatis caligine curæ mihi erit, varias variorum Autorum de ortu ILLUSTRISSIMÆ RAPPOLSTEINIACÆ GENTIS sententias litteris hisce notisque excipere, dissensionemque & discrepantiam eorum enodandam curare: in primis cum Generosissimæ Familiæ

miliæ origo Inclytæ Domus juribus annumerari quodam modo poſſe, videatur.

§. IV.

Haud multi ſunt Scriptores, qui de Heroicæ Domus Majoribus ſua nobis reliquerunt teſtimonia; quosque habemus, non omni ſunt exceptione majores. Primo ergo in medium producendus *Wolfgangus Lazius Hiſtoricus Auſtriacus*, medio Seculi XVI. vivens, qui in opere ſuo de *Gentium migrationibus* (2) brevem nobis de Communi Dominorum Rappoltſteinenſium Stipite tradit notitiam.

§. V.

Hunc excipit *Henricus Pantaleon*, qui in *Chronicis de Viris Illuſtribus* (3) eandem fere, quam *Lazius*, de Illuſtriſſimæ Domus origine fovet opinionem. In hoc à *Lazio* recedit, quod duorum tantum Ducum Spoletinorum Italia

(2) Lib. 3. pag. 109. ubi ſeſe ſic explicat: Rochus, *ex proſapia Urſinorum, Marchionis Spoletini, exulis, filiorum alter, frater videlicet Ducis à Schiltach, & alterius Domini a Wynsperg, mercatus agrum in Alſatia, caſtrum ibi conſtruxit, idque a ſuo nomine familiæque appellatione conjunctis vocibus Rock Spoletin nominavit, quod poſtea depravate Rapoltenſtayn dici cœptum eſt.*

(3) lib. 2. fol. 184.

Italia pulsorum faciat mentionem, quos tamen tres numero fuisse *Lazius* asserit. (4)

§. VI.

Sequitur *Hieronymus Henninges*, qui in *Theatro suo Genealogico* (5) mentionem facit trium fratrum Italorum, qui, ortis inter Gibelinos & Guelphos tumultibus, derelicto genitali solo, larem sedesque perpetuas in Germania statuere decreverint. Fœderis fraterni primus haud longe ab Hercynia Sylva arcem quandam, cui nomen Schiltach, extruxisse, Ducisque Schiltachii titulo

(4) Sic enim l. c. se exprimit: *Ea familia* (scil. Rappoltsteinensis) *sub Conrado secundo Imperatore anno Christi circiter millesimo tricesimo ex Italia in Germaniam venerat. Erant enim duo fratres Spoletini Duces, qui suæ gentis originem ad Ursinos principes Romanos referebant. Hi cum Cæsareanarum partium essent, ab adversariis Romanis sua ditione pulsi, in Germaniam sese receperunt. Horum unus in Sylva Hercinia arcem Urslingensem inhabitavit, atque postea oppidum Schiltach condidit. Alter vero ad Alsatas se conferens, in loco amœnissimo arcem Rappoltstein cum oppido ædificavit, atque circumjacentem ditionem favore Cæsaris feudi nomine obtinuit. Ex ea ergo antiqua principum familia, qui, priori Principum Spoletinorum titulo relicto, sese Dominos Rapoltsteinios vocarunt, Conradus natus est &c. &c.*

(5) Tom. III. Part. I. p. 443.

titulo usum fuisse dicitur. Secundus (ex mente Henninges) Alsaticam inhabitavit terram, se vero Ducis titulo insigniri haud est passus. Tertius assumto Comitis titulo suos in ditione Weinspergensi posuit penates. Ad ROCHUM tandem perveniens Henninges, ortum ejus à Ducibus Urslingensibus & Schiltachiis deducit, illumque emta quadam Alsatiæ ditione, arcem construxisse, constructamque nomine Rochspoletin donasse, asserit. (6)

§. VII.

Felix Malleolus in libro *de Nobilitate* (7) Spoletano sanguine Generis Rappoltsteinensis Dominos natos fuisse asserit; potissimumque *Lazium* secutus esse videtur. (8)

§. VIII.

(6) l. c. ita disserit: *Rochius ex prosapia Urslingensium & Schiltach, ditionem in Alsatia emit, in qua arcem ædificavit, quam nomine Majorum suorum Rochspoletin insignivit, postmodum nominatam Rappolstein.*

(7) cap. 14. pag. 50.

(8) Sic enim fatur l. c. in medio paragraphi: *ut proprie visum est in duobus fratribus, nobilissimis Principibus de Spoleto Ducibus, qui tempore Conradi II. Imperatoris, de Suevia Ducis, per Romanorum sibi vicinorum potentiam de Spoletano Ducatu repulsi ad Germaniam pervenerunt, quorum unus in Suevia prope Rothwiler castrum videlicet Urslingen, quia de progenie fuit Ursinorum de Roma, & de-*

§. VIII.

Servat Archivum Rappoltsteinense extractum ex Chronicis cujusdam **Herman Peter von Andelow, der heiligen Geschrifft Doctor in dem stifft zu Colmar,** qui præclarum Rappoltsteiniorum Stemma cum aliis pariter scriptoribus a Spoleti Ducibus repetit. (9)

§. IX.

Ipsa pariter Inclytorum Rappoltsteinii Dominorum Splendidissima Familia huic Autorum asserto

& demum Dux de Schiltach communiter fuerat appellatus. Alter autem frater Alsatiam applicuit & prope Galliam quandam Baroniam de Rappolstein solerter acquisivit.

(9) Sic ejus verba sonant: Conradus der Ander des namens ein Römischer Keiser, ein Hertzick uß Francken, der hat geregiert nach Christi Geburt. . . . . ja disser Keisser und ein Hertzick uß Schwaben hat zwen lüblich Firsten von Spoleton gebrider mit ihm in dißhes land pracht, wañ sey mit niget im in irem land wolten beystendick sein nach seinem willen, und seint dieser ursach uß italia fertrieben worden ꝛc. ꝛc. & post. und der ein Schlos gebeuen bey Rothweil und genannt urslingen, wan er von den edlen Römern und geschlecht der ursiner geboren . . . . . . aber sein bruder thet sich über Rein in das land galliam und mit Klucheit iberkam ein fry Rapolisteinisch Herrschafft und nit als sein bruder ein Hertzoch sich geschrieben, sondern ein Her von Rapolstein geschreiben seich und seine Nachkommen ꝛc. ꝛc.

ſerto fidem adhibuit; de quo ſatis ſuperque teſtantur litteræ Wilhelmi III. Rappoltſteinenſis, Conſiliariis Wirtenbergicis miſſæ, in quibus Spoletanos Duces Majorum ſuorum Auctores fuiſſe teſtatur (10). Id quod etiam elucet ex Parentatione habita in honorem prædicti Wilhelmi III. anno 1547. fato functi, a quodam Rappoltſteinenſis ditionis (11) Judice.

§. X.

Prolatis ſententiis eorum, qui Illuſtriſſimæ Gentis originem Conradi Salici temporibus adſcribunt; neceſſitas poſtulat, ut illorum quoque, qui ad antiquiora tempora ortum huncce protrahunt, mentionem faciam. Torneamentorum vel Ludorum Equeſtrium libris ſi fidem adhibere volumus,

(10) Sic ſeſe verba habent in epiſtola Anno 1514. conſcripta: Nachdem unſere vordere vertriebene Hertzoge von Spolet geweßen, und Fürſtlichen Staat nicht mehr halten mögen, haben ſie und wir den titul Herrn zu Rappolſtein uns genommen. Vid. Speneri hiſtor. Inſign. Lib. 2. c. 72. p. 111.

(11) Sic ille Judex ſeſe exprimebat: Es komt das Geſchlecht (ſcil. Dominorum Rappoltſtein.) von den alten Fürſten den Urſinern von Rom her, die nachgehends Hertzoge von Spolet geworden, ohngefehr 15. Meil von Rom, dieſe ſind Zyt, als Conradus Römiſcher Kayſer geregiert von dem Gewalt der Römer umtriben. Do man zalt 1026. Und an diß Ort Kommen, und haben den ſitz an dieſem ort 522 jor. hoc excerpt. ex parentat. ipſa.

mus, Seculo jam decimo Illuſtris Rappoltſteiniorum Progenies fuerat cognita; memorant enim (12) Ortolphum, Rappoltſteinii Dominum, ludis equeſtribus anno 942. Rotenburgi celebratis interfuiſſe, (13) Wipoldumque Anno 1019. in ludis hiſce in Urbe Trevirorum habitis ſtrenuum ſeſe exhibuiſſe athletam. Idem ſcriptum reliquerunt *Bernhard Hertzog* (14) & *Hieronymus Henninges* (15). Agnovit etiam Vir excellentiſſimæ doctrinæ, *Philippus Jacobus Spenerus* (16) Inclytam Rupisſpoleti Domum Imperatoris Conradi II. tempora longe antecedere, ejusque originem a remotioribus annis eſſe repetendam.

§. XI.

Omnium Autorum, qui de Rappoltſteiniæ Gentis primordio egerunt, ſententias allegare, paginarum anguſtiæ non permittunt; nec ullius id eſſet utilitatis: Cum omnes fere, qui ſequuntur, ſcriptores, vel *Lazii* vel *Henningeſii* prementes veſtigia, alio tantum ſermonis ornatu illorum

B effata

(12) Vid. Georg Rüxners Thurnier-Buch fol. 35.
(13) Id. l. c. fol. 56.
(14) in Chronic. Alſatiæ L. V. pag. 103.
(15) Genealogiarum libro fol. 443.
(16) in Hiſtoria Inſignium Illuſtrium l. 2. c. 72. p. 510. ibi ſic loquitur: *Sed antiquior eſt memoria Rappoltſteiniorum, quam ut Conradi II. vel III. (qui ſolus Suevus fuit) ævo in Germania cœperint.*

effata repetiverint. Hoc jungo; (17) *Munsterum*, (18) *Crusium*, (19) *Bernhardum Hertzogium*, (20) *Fridericum Lucæ*, (21) *Petrum de Andlo*, (22) *Johannem Limnæum*, (23) *Matthæum Merianum*, aliosque id gloriæ Ursinis Italis concessisse, ut ex se præpotentem Rappoltsteinii Familiam prognatam esse, gloriari possint.

§. XII.

Et hæ sunt sententiæ Autorum, qui Illustrissimæ Rappoltsteiniorum Stirpis ortum Italorum sanguini acceptum referunt. Patet ex allegatis scriptorum locis, Auctores in varias rapi sententias, quarum forsitan ipsi vel nullam vel levem tantum reddere potuerunt rationem. Sub examen enim *Lazium*, *Henningesium*, aliosque revocaturi invenient, vera falsis ab eis esse permista, permultaque eorum asserta a veritatis tramite plane aberrare. Præsertim, cum id legis sibi dederint, nullos,

(17) in Cosmographia L. 5. p. 134.
(18) Annal. Suevic. p. 2. l. 6. pag. 196.
(19) in Chron. Alsatiæ l. 5. p. 130.
(20) in des Heil. Römischen Reichs Uhraltem Graffen-Saal sub. tit. Rappolstein p. 410.
(21) de Imp. Rom. l. 1. c. 15. & ad illum locum *Marq. Freber*.
(22) de Jure publ. tom. 4. pag. 529.
(23) in Topographia Alsatiæ sub. tit. Rappolzweyer pag. 43.

nullos, unde allata hauserint, fontes allegare; adeoque voluerint, ut ipsorum fidei totum crederetur negotium. Cum quoque Illustrium Familiarum ortus sæpius in multa abhinc Secula excurrant, capi haud potest, quomodo Scriptores illi, Seculo demum 16. degentes, tam belle à remotissimis avis Stemmata repetere potuerint; cum ipsa sæpissime familiarum Archiva de tali ortu sileant. Audiamus Criticorum Principem *Pierre Bayle*, qui in suo *Dictionaire Historique & Critique* (1) locum quendam eruditi *Le Laboureur* in *Additions aux memoires de Castelnau tom. II. pag. 511.* in medium profert, ubi dictus Autor Gallicus, recensitis traditionibus *Pinetti*, ita claudit: *Tout ce qu'on peut dire pour excuser du Pinet, c'est qu'il escrivoit dans un temps ou l'on debitoit des Phantômes pour Ayeux à ceux, qui ayant perdu la memoire de ceux, dont ils étoient issus, fournissoient pour les habiller des traditions & des Contes de Vieilles:* paulo infra subjungens: *& ne se defiant pas, qu'il succederoit à un siecle ignorant un autre assez éclairé, tel qu'est le nostre, pour penetrer jusques dans ces pays etrangers, ou ils ont été chercher les premiers heros de chaque race.*

Nec negari potest, id moris veteribus Genealogiarum Textoribus fuisse, ut, si veras ignoraverunt origines, ad Italorum confugerint familias

 lias

(1) Tom. IV. article Pinet. Remarque C.

lias (2). Sic gens Habsburgica ab Aniciis Romanis; Brandenburgica à Columnensibus; Ascania ab Ursinis; Pannoniorum Corvini æque à Romanis; Comites Hoenloici & Flemmingii in Pomerania à Flaminiis ducuntur. Hinc non tam sublestæ fidei esse videtur opinio illorum, qui à Comite quodam Alsatiæ Rappoltsteinii Dominos descendisse credunt. Retulit ejusmodi Alsatiæ Comites in Tabulam *Ulricus Obrecht*, Excellentissimus quondam Argentinæ Prætor Regius (3) cum antea dixerit: (4). *Sed nec alios sub primæ lineæ Regibus, quam ex prosapia* (scil. ducis Athici sive Athelrici, de quo antea verba fecerat) *Comites in Alsatia reperio.*

§. XIII.

Antiqua vero Documenta cum Annalibus Bertinianis de aliis adhuc Alsatiæ Comitibus mentionem injiciunt. Anno 762. Sighifridus Comes bona

(2) *Duas potissimum nationes observo, ex quibus Principum origines deducunt. Una Trojanorum est, altera Romanorum.* Ita *Limnæus de J. Publ. I. R. Lib. V.* c. 1. *n.* 3. qui n. 4. l. c. pergit: *Deploranda est maxima hæc hominum fatuitas, qua quem Domi habent lucidi Solis splendorem a minori alio sidere extraneo emendicare satagunt. Nullus ego dubito, pleraque Germaniæ nostræ illustriores familias, ut nostro in solo succum, ita & sanguinem hausisse, nec ab aliis habere, sed pluribus dedisse capita.*

(3) in Prodromo Rerum Alsatic. c. XII. p. 272.

(4) Lib. cit. pag. 261.

bona ſua in Pago Alſacenſi ſita tradit Filio ſuo Almanno; donatarum villarum numero in Diplomate etiam annumeratur *Rabaldo villare*, quod extra omnem controverſiæ lapidem Rupisvillæ urbem indicat. (1) Probabilis exinde oritur ſententia, Sigfridum, ejusque filium Almannum Comitis dignitate in Alſatia ſuperiore claruiſſe, cum omnes, quæ donationem ingrediebantur, villæ, ſuperioris Alſatiæ terminis contineantur. (2)

§. XIV.

Clarius hoc fit ex Zuenteboldi, Lotharingiæ Regis, Diplomate in favorem Monaſterii Sancti Gre-

(1) Vid. Lünigs Continuat. Spicil. Eccleſ. des teutſchen Reichs-Archivs Tom. V. pag. 1096. n. IV. verba Diplomatis hæc ſunt: *dilectiſſimo & amantiſſimo filio meo Almanno ego in Dei nomen Sigbifridus comes cogitans pro Dei amore, ut tibi tradidiſſem res meas in Pago Alſacenſe & ipſas res ſunt in Villas nuncupatas in fine Sigelsheim area hoc eſt in* RABALDO VILLARE, *& in fine vel in Villa Bercheim in area & in* (a) *Altheim Villa, & in alias duabus Villas, qui dicitur Saxones vel Saſey & in Villa vel in fine Niderchelm in area & in Villa vel in fine Felzonheim in area & in Villa vel in fine Teſſenheim in area & in Villa Langinisheim, qui eſt cum area Hueruncheim* &c. &c.

(a) Altheim vicus olim erat inter Rappoltsweyler & Oſtheim ſitus, hodie vero nil amplius ſupereſt, niſi fons quidam, quem den Altheimer Brunnen hodienum adhuc appellant.

Gregorii dato Anno 896. (1) Hac enim charta prædicto Monasterio Villas quasdam, quarum numero etiam *Rutpoldes Villare* (hodie Rappolti Villa) continetur, dono dedit. Quarum nonnullas in Bernhardi Comitis (2) Comitatu sitas esse asseruit. (3)

§. XV.

(1) Vid. Id. Lunig. tom. cit. p. 1100 n. XI. sic sese habent verba: *In nomine ---- Zuentebulchus ---- Rex ---- præscriptis fratribus Beato Gregorio famulantibus tales res ---- concedimus atque donamus, quorum locorum nomina hæc sunt,* (a) *Bonefacii Villare ---- Thurincheim ---- Honenheim ----* (b) *Gebinesheim, Sundhova ---- Palgouva simul & Hurd ---- Mathunheim, quæ omnia sunt in Comitatu Bernhardi Comitis in Pago Olsacensi Sancte* RUTPOLDES VILLARE &c. &c.

(a) Weyr, in dem Thal, bey Münster.

(b) Jepßheim, in dem Rieth.

(2) errat itaque Guillimannus, cum in Reb. Habsburg. L. 3. c. 7. inferioris Alsatiæ eum Comitem fuisse asserit. Nec probabilis est sententia Obrechti qui Prodr. Rer. Alsat. Cap. XII. p. 266. scribit: eum Vesontiensi Comitatui à Lothario esse præfectum, ipsum vero Obrechtum etiam hæsitasse indicant verba annexa: *Si recte conjicio.*

(3) Vir Excellentissimus Dominus SCHOEPFFLINUS Christianissimæ Majestatis Historiographus & in hac Rhenana Eloquentiæ Professor originalia horum Diplomatum in Archivo ipsius Monasterii Sti Gregorii asservata invenit.

§. XV.

Ideoque non tantopere a veritate deflectere puto illos, qui Rappoltſteinenſis Generis primordia à tali Alſatiæ Comite deducunt (1). Ambiguæ quoque fidei ſuſpectos habet ſcriptores in §. IV. usque ad XII. allegatos R. Pater *La Quille* (2), nullisque veritatis teſtimoniis munitum eſſe *Lazium* affirmat. Veniebat ei opinio, communem Stemmatis Rappoltſteiniaci Stipitem Alſatica ortum eſſe familia. Anſam opinionis hujus Reverendo Patri præbuit *Johannes à Bayono* (cujus excerpta *Hiſtoriæ Mediani Monaſterii* ſunt inſerta) qui ſcriptum tradidit; Gerardum Comitem Ekenisheim caſtri circa annum 1038. arma tuliſſe contra *Regnibaldum de Caſtello*, quod ab ejus nomine *Regnibaldi Petra* dicatur; commiſſa vero pugna, ſtratisque omnibus Gerardi copiis ipſum Comitem Ekenisheim fortiter pugnantem animam efflaviſſe (3).

§. XVI.

(1) Hæc etiam ſuſpicio Autorem habet Conſultiſſimum Dominum PATRICK SERENISSIMI DUCIS BIPONTINI Archivorum Directorem & Conſiliarium Regiminis meritiſſimum. Cum cœterum permulta Ampliſſimi Eruditiſſimique hujus viri in me extent beneficia, obſtrictæ gratitiſſimæque mentis teſtimonium publicum dare pietatis eſſe duxi.

(2) In Hiſtoire de la Province d'Alſace Part. I. Lib. XIV. p. 164.

(3) Vid. Hiſtoria Mediani Monaſteri Part. III. c. 48. p. 241.

§. XVI.

Ex Diplomatibus §§. XIII. & XIV. recensitis in alium adhuc errorem Historicos ruisse patet. *Henricus Pantaleon* (1), *Bernhard Hertzog* (2) aliique Rappolti-Villam à Dominis Rappoltsteinensibus tectis occupatam esse produnt. Produnt etiam ad unum omnes, arces prope Rappolti-Villam extructas suum à conditore trahere nomen. Contrarium vero, quæ in medium modo protuli Diplomata satis superque testantur; quippe quæ Annis jam 762 & 869 cognitum Rappolti-Villæ nomen fuisse demonstrant. Cum vero Inclytorum Rappoltsteiniorum origiginem temporibus factionis Guelphorum & Gibellinorum anno demum 1140. ortæ (3) vel ad plurimum Conradi Salici imperio adscribant, Rappolti-Villam per multum temporis ante creditum Ducum Spoletanorum secessum ædificiis instructam fuisse liquet. Liquet etiam, Ditionem Rappoltsteinensem non ex Auctoris nomine suam traxisse appellationem, uti hactenus creditum; sed Rappolti-Villam suam Rappoltsteinensi Generi denominationem indidisse.

PAR-

(1) In Chron. de Viris Illustr. Lib. 2. fol. 184.
(2) In Chron Alsatiæ L. V. p. 130.
(3) Vid. Struvens teutsche Reichs-Historie. Period. VII. Sect. I. §. 4. pag. 276.

PARTIS I.
SECTIO II.
§. XVII.

Expositis nunc, quæ de clarissimo Rappoltsteinensis Stemmatis ortu notatu sese obtulere digna, narrationis nostræ telam de eminentissima Antiquissimæ Prosapiæ dignitate & splendore ordiamur.

§. XVIII.

Extra omnem controversiæ lapidem positum est, Rappoltsteinii Dynastas tanto olim fulsisse splendore, tantamque heroici nominis fuisse famam, ut Eorum meritis distincta niteat fastorum series. Jure igitur cum Poëta (1) ejulare possumus.

Roche tibi grates agimus, nisi Teutonis oras
Vidisses, quantis caruissent quæso columnis?

Mavortias antiquissimi hujus Generis expeditiones, factaque tantis Heroibus digna ordine recensere præfixus dissertationis terminus haud permittit. Brevibus ergo, quæ ad propositum facere videntur, exponamus.

§. XIX.

Primo admirationi nostræ sese offert ANSHEL-

(1) Crusio, in Encomio Domus Rupis Spoletanæ, Luckii Histor. Numismat. præfixo.

HELMUS I. cognomine *Pius*, quem expeditioni cruciatæ Duce Godofredo Bullionæo maxima cum laude interfuisse, unanimiter tradunt Historici. (1) Circa munitissima etiam Archados (2) mœnia hoc in bello Christianorum hærebat exercitus. Castellum illud inexpugnabile visum. Anshelmus noster castrensis rei peritissimus & manu & consilio obsidionem hancce fortissime adjuvit. (3) Ne punctum quidem temporis oppugnationem respirare passus, undique tormentis & arietum pulsu muros feriebat. Obsessi vero, quoniam ingentem quotidie vim lapidum in obsidentes mitterent, die quadam contigit, ut omnibus operibus & machinis ad murum admotis, cum fortissime pugnaret Anshelmus; petrariæ ictu percullsus vitam pro toto Christianorum orbe profuderit. Causam infortunii hujus, quod in maximum totius exercitus Francorum damnum evenisse haud immerito censet *Raymundus*

(1) Robertus Monachus Histor Hierosol. L.7.fol.73. Baldericus Archiepisc.Histor. Jerosol. L.4.fol.129. Albertus Canon. Eccles. Aquens. Histor. Hierosol. L. 2. fol. 205.

(2) Archos oppidum antiquissimum Araceum Chanaani filium condidisse legitur apud Fulcherium Carnotens. ad annum 1099. Addatur Wilerm. Tyrens. L. VI. c. 14.

(3) Raymundus de Agiles Histor. Hierosol. pag. 163. Albertus Aq. L. V. c. 31. Fulch. Carnot. l.c.

dus de Agiles (4), belli injustitiæ idem Auctor tribuit.

§. XX.

Ingenii nostri aciem jam defigamus in fortissimum imperterritumque CONRADUM, qui anno 1145. suscepto cum immanis molis Cyclope duello, horrendum Saraceni corpus volante ense pertransiit. Eruperat trux ille Goliathus ex immensa hostium acie, Christianisque maledicens castris ad singulare certamen provocaverat. Nemine

(4) Loco citat. Pressi in hisce Speneri, Lucæ Hertzogii aliorumque vestigia, qui unanimiter asserunt, Anshelmum de quo hic sermo, Rappoltsteinii fuisse Dynastam. Aliud autem judicat Hadrianus Valesius in Notit. Galliarum pag. 476. sub Nom. Ribodi Mons. Ribodi Montem notum in Diœcesi Laudunensi Monasterio Abbatiali insignem, locum esse scribit, sic pergens: *Ansellus de Ribodi monte inter Francorum Proceres qui Hierosolyma anno MXCVI. profecti sunt, non ultimum locum tenuit; ut gesta Dei per Francos docent: quem Anselmum de Riboatmont vocant Gesta Francorum ab anno MXCV. ad annum MXCIX. perducta & in obsidione castri Arcbæ obiisse tradunt. Loco nomen dedit mons, in quo situs est, & Ribodus qui eum possedit.* Hunc ergo Ansellum de Ribodi mont castri hujus nominis in Diœcesi Laudunensi siti, Gallorumque imperio subditi, Dominum fuisse perhibet. Doctioribus itaque decidendum relinquo, cui parti hac in causa fides adhibenda sit.

mine itaque monſtro huic corpus ſuum offerre audente, lætus proſiluit Conradus, ſpemque Conradi III. Imperatoris Romani, qui ſolicitus duelli exitum expectabat, ſuperavit (1). Facti hujus memoriam, ne ulla unquam deleat oblivio, Imperator Romanus proſtrati Saraceni imaginem Rappoltſteinenſibus armis in æternum ſuperſedere juſſit. (2)

§. XXI.

Suis etiam, eisque ſplendidis donationibus fortiſſimus ille Germanorum Rex Rudolphus Habsburgicus bellicam hancce Rappoltſteinii Dominorum virtutem agnovit. Anno enim 1273. Eis pro præſtitis ſibi officiis 260 argenti marcas donavit (1). Quam etiam donationem anno 1280 alia

(1) Vid. Henr. Pantaleon de Vir illuſtr. Germ. fol. 184. Henninges Libr. Genealog. fol. 443. aliique

(2) Limnæus Jur. publ. T. I. Addit. ad l. 6. c. 6. n. 24. Spenerus Hiſtor. Inſign. Lib. II. c. 72. §. 4. Lucæ Uralter Graffen-Saal des H. Römiſchen Reichs pag. 414.

(1) Aſſervantur in Archivo Rappoltſteinenſi donationis hujus litteræ, quarum hic tenor. *Rudolphus Dei Gratia ---- preſentibus profitemur, quod nos pro utilitate Sacri Imperii promiſimus cognato noſtro, Ulrico de Rappolſtein, ac Filio patrui ejusdem, etiam Ulrico nomine Ducentas Sexaginta marcas argenti. Datum hagen. 5. Calend. Jun. Induct. 2. regni noſtri anno primo.*

alia rursus 200 marcarum argenti sub nomine feudi castrensis secuta est. (2)

§. XXII.

Exortis deinde inter Anshelmum & Henricos anno 1287. dissidiis, modo dictus Germanici Imperii Moderator, Henricorum partibus favens, arcem Rappoltstein dictam, cum Rappoltivilla, urbe, (Rappolzweyler) strenuo sepivit exercitu: parvo vero temporis spatio obsidionem derelinquere vires Rappoltsteiniacæ eum coegerunt (1). Tanti quoque Imperatoris successor Adolphus Nassovicus obsessam copiisque cinctam Rappolti-Villam tenebat: re vero infecta ab Urbe pariter recedere Rappoltsteiniorum vincendi artis peritia eum jussit. Detrectaverat Anshelmus Rupis Spoleti Dynasta (qui ideo AUDACIS nomine venit) Adolphi contra Albertum Austriacum partes tueri. Quod indigne ferens Adolphus, armatis eum suis ad-

(2) Sic sonant litteræ desuper traditæ.
Rudolphus ---- attendentes donationis & Fidei preclara merita, quibus nobiles Viri, Ulricus, Hermannus, Anhelmus Fratres de Rappolstein dilecti fideles nostri semper erga Nos & Imperium claruerunt, ipsos pro ducentis marcis argenti in Castellanos nostros & Imperii duximus conquirendos --- &c. &. *Datum Viennæ XVI. Calend. Jan. induct. 9. Ao. Dni. MCC. octuagesimo, regni vero nostri Ao. VIII.*

(1) Vid. Annal. Dominic. Colmar. in Urstisii Scriptoribus Rerum German. pag. 22. sub anno 1287.

adſcribere partibus conatus eſt. Fortiter autem ejus tela retorſit Anshelmus, ſemperque retorſiſſet, niſi proditio Colmarienſium, quorum urbem Heroica virtute defendebat, hoſtis ſui manibus eum tradidiſſet. (2)

§. XXIII.

Henricus Rappoltſteinii Dynaſta Imperatorem Romanum Henricum Luxenburgicum bello Italiam petentem (1) inſtructis comitatus eſt copiis; tantaque bellicoſæ fortitudinis edidit ſpecimina, ut Imperator variis eum dignitatibus & donationibus auctum fecerit dimiſſum. Teſtantur hoc ſatis ſuperque variæ donationis litteræ, quæ hodie adhuc in Archivo Rappoltſteinenſi reperiuntur. (2)

§. XXIV.

(2) hiſce de Motibus videri poſſunt Annales cit. ad annos 1292. &96. Nec non Chronici Colmar. Pars altera, edita ab eodem Urſtiſio pag. 48, 49. 50, 51, 52 & 53.

(1) Vid. Conradus Vicerius in Vita Henrici VII. Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII.

(2) Superſunt litteræ, quibus officium Sculteti Seleſtadienſis, ad exemplum Sereniſſimæ Domus Palatinæ, quæ ſimile officium Wiſſenburgi Alſatiæ ex conceſſione Eccleſiæ collegiatæ dictæ urbis de anno 1525. olim tenuit & adhuc ſibi vindicat, Henrico confert Imperator. Sic incipiunt: *Henricus Dei Gratia ---- nobili viro Heinrico de Rapolſtein, fideli ſuo dilecto, graciam ſuam & omne bonum*

§. XXIV.

JOHANNES de Rappoltstein, dignissimus Anshelmi filius avitæ virtutis strenuum sese exhibuit Æmulum. Se enim Duce aliquot millibus equitum Ludovici Bavari exercitum auxit (1) animoque præsente per ingentes hostium ivit catervas: hinc etiam tantæ virtutis præmia, singularem nempe Imperatoris gratiam reportavit. Quo etiam factum, ut Ludovicus Bavarus gratam suam mentem testaturus mille argenti marcas Heroi dono dederit. (2)

§. XXV.

bonum, etsi cunctorum Nostrorum & Imperii subjectorum delectamus status extollere, eorum tamen commodis & profectibus favorabilibus providere disponimus, qui nos & dictum Imperium suis devotis obsequiis plus ceteris venerantur. ---- tibi propter grata, que non cessas nobis impendere, servicia duximus indulgendum ---- Datum Rome apud militias 13 *Calend. Julii Anno Dni. millesimo trecentesimo duocesimo, Regni nostri Ao.* 4. Hoc vero Prætoris Selestadiensis munus imperiali olim collatum esse beneficio, additamque pro insigni crucem quadratam testatur. B. Rhenanus L. 3. sub Voc. *Selestad.* Alia adhuc ejusdem anni extat epistola data apud Cassianum florentinæ Diœceseos, quibus Henricus Imperator se Henrici de Rapolstein debitorem ex 4440 florenis & 4 turonibus tam nomine stipendiorum, quam ex aliis causis profitetur.

(1) Vid. Lucä Uralten Graffen-Saal des H. R. R.

(2) Donationis hujus originale Rappoltsteinense Archivum asservat.

§. XXV.

Fortissimus quoque bello extitit BRUNO, Johannis filius, a juvenilibus enim annis bello assuetus, quæcunque Martis nubila animo terroris experte perpessus est. Id circo potentissimi etiam Principes, amicitiam ejus sollicite ambientes, Socium eundem sibi adjungere studebant. Ipse Galliarum Rex Carolus VI. Societatem cum hoc Brunone inire utile arbitrabatur; (1) admirandaque ejusdem belli peritia suffisus maximo cum hostium detrimento adversus Anglos eo usus est. Dictus quoque Bruno anno 1380. Equitem quendam Anglum nomine *Harleston* cepit (2), eumque per aliquot annos carcere detentum tenebat. Fenestram hocce aperuit variis, quibus ob captivitatem hancce Argentina vexabatur, dissidiis. Bellum inter Brunonem & Argentinenses diu agitatum evidentissima præbet testimonia, Martis præcepta diligentissime hausisse Brunorem. Quæ vero bella prolixius explanare mei non est: ipsas adeat fontes, qui plura noscere voluerit. (3)

§. XXVI.

(1) Societatem hancce Gallico idiomate elaboratam Archivum Rappoltsteinense servat, cujus extractus sub Num. II. in Appendice.

(2) Henninges liber Genealog. fol. 443.

(3) Vid. Jacob von Königshoven Elsassische Chronic, & quidem Schilteri annotat. 13. pag. 754. & seqq. ubi omnia ordine descripta sunt. Quæ impulerint

§. XXVI.

Fridericus III. Imperator in litteris confirmationem Privilegiorum Rappoltsteinensium exhibentibus, summa-Roch Spoleti Dominos ornavit laude. Inprimis gratias Eis referens, quod Sigismundo Austriæ Duci, contra Helvetios arma ferenti, cum expedita manu sese junxerint.(1)

D §. XXVII.

---

rint Brunonem ad capiendum hunc Equitem rationes, totaque Brunonis defensio, prout eo tempore concepta, Chronico Rappoltsteinensi manuscripto inserta reperiuntur, quas vero exponere mei scopi non est. Hoc protulisse sufficiat, veritatis terminos transgredi, qui Brunonem justa causa destitutum fuisse asserunt. Lecta enim ipsius defensio patefaciet, fortia actiones ejusdem fulcire argumenta.

(1) Sic sese exprimit Fridericus.
Wir Friderich von Gotes Gnaden Römischer Keyser ꝛc. ꝛc. des haben wir angesehen solich Jr mercklich getrew annem Dinste, So Sy und Jr vordern vns vnd dem heiligen Reich, auch unserm loblichen Hawß Osterreich offt und dick getan, teglichen tund : : : : vnd sonnder, als wir von dem Hochgebornen Sigmunden Hertzogen zu Osterreich ꝛc. ꝛc. Unserm lieben Vettern vnd Fürsten vnderricht sein, daz Jm die genannten Wilhelm und Smasmann, Gebruder, in dem Nechst uergangenen Krieg wider die Eydtgenossen auf Jr eigen Coßt mit einer mercklichen Antzal Volcks gedient haben. Vnd darum &c.&c. geben zu Regenspurg am Montag vor Sannct Jacobs des heiligen Zwölf botten tag. Nach Christi Gepurde 1471.

§. XXVII.

Inteſtinæ circa annum 1430. in Gallia ſæviebant clades. Francorum ſedes deſerere detrectabant Angli, nec animus erat Carolo VII. Gallorum Regi, ſolum hæreditarium exterorum arbitrio relinquendi. His etiam ex motibus MAXIMINUS ſeu SCHMASMANNUS I. victoriæ palmas reportaturus, turmis quibusdam 336. Equitum omni belli apparatu optime inſtructorum contra Caroli hoſtes fortiter pugnavit. (1) Tanta etiam Auſtriacæ Domui in Schmaſmanni hujus virtute erat fiducia, ut Alſatiæ Præfecti dignitatem in Eum contulerit. (2)

§. XXVIII.

SCHMASMANNUS II. fortiſſimus Schmasmanni I. filius in proelio, quod Carolo Burgundico necem attulit (1), mira animi magnitudine eminebat. Subſidiarias Reinhardo, Lotharingiæ Duci, Helvetiorum tunc temporis ſocio, adduxerat turmas 500. equitibus conſtantes, qua manu multum ponderis reportatæ attulit victoriæ (2).

§. XXIX.

(1) Lucæ Uralter Grafen-Saal p. 419.
(2) Spener. Hiſtor. inſign. Lib. II. Cap. 72. §. 5.
(1) Vid. Addit. à l'hiſtoire de Louis XIV. pag. 405. De Roo Lib. VIII. pag. 286.
(2) Hinc cecinit poëta Petrus de Blaro Rivo.
Horum autem lateri aſtabat tutela ſiniſtro

Quin-

§. XXIX.

Cum vero non ſolum belli, ſed & pacis artes claves illæ ſint, quæ templa honorum, imo immortalitatis portas recludant: Apollinem Marti feliciſſime noſtri junxere Rappoltſteinii, utroque magni. Quo etiam factum, ut WILHELMUM II. cujus pater erat Maximinus I. ad altum dignitatis & fortunæ faſtigium Archidux Auſtriæ Sigismundus anno 1476. evexerit. Illum enim primi Capitanei & Præfecti anteriorum Auſtriæ Provinciarum honore decoravit (1). Idcirco etiam ſcriptis & factis Dynaſtis hiſce gratiſſimam ſuam ſæpiſſime teſtati ſunt mentem (2). Tot enim

Quingentis munitusequis hoc temporeDomnus
De Reubal petra, Dominus in gente ſeverus.
Subjecta, Tutorque ſui rigidiſſimus agri.

(1) Vid. Lucæ Uralt. Graf. Saal p. 420. Indicant quoque hocce ipſæ Sigiſmundi litteræ Wilhelmo deſuper miſſæ, & in Archivo Rappoltſteinenſi aſſervatæ. Confirmavit hanc dignitatem Sigismundus anno 1486. cujus originale itidem in Archivo extat. Lucæ loc. cit Wilhelmum anno 1475. mundana deſeruiſſe tradit, hoc vero falſum eſſe præter has litteras alia adhuc inſtrumenta demonſtrant. Ex dicto enim Grammatophylacio illum anno 1507. rebus humanis valedixiſſe patet.

(2) Teſtimonio allegare volumus unicum Carolum V. prudentiſſimum potentiſſimumque Romani

nim tantisque eos ornavere privilegiis, ut exinde fieret abunde manifestum, ſumma ſemper benevolentia

mani Imperii Moderatorem; quem Dominorum Rappoltſteinenſium virtutes fidemque ſingulariter ſuſpexiſſe ex ſequentibus perſpici poteſt. Ita autem Carolus V. in litteris Fratri ſuo Ferdinando die 5. Januarii anni 1526. miſſis, in quibus ſolutionem quorundam debitorum Wilhelmo Rappolt. faciendam ei injungebat, ſcribit: Nach dem der Edel ..... Wilhelm von Rappollzſtein unſer Land Vogt im obern Elſaſſ vnnd deſelben Vor-Eltern unſern Huſſern Oſterreich vund Burgunt allezitt treu vnnd gewertig geweſen, vnnd inſonderheit Wyland vnſerm liepen Hern vnnd Anhern Keiſer Maximilian lange jar her mitt darſtreckung ſyns lips vnnd guts ſo redlich wol gedyennt, das in ſyn lieb fůr annder mit Gnaden gemeint, auch zu treffentlichen Sachen vnnd emptern gebrucht, und zu irem Hoff-Meiſter gemacht, deshalben ꝛc. ꝛc.

Clarius ſeſe exprimit idem Imperator in Confirmatione Privilegiorum Rappoltſteinenſium d. 3. Octobris 1550. exatata ibi: Wir Carl der fůnfft von Gottes Gnaden ... bekennen ..... wiewol wir aus Rőmiſcher Keiſerlicher hohe und wirdigkait, darein wir aus ſchickung des allmechtigen Gottes geſetzt alzeit genaigt ſein aller und Jegcliger Unnſer vnnd des heiligen Reichs Underthanen und Getreuen, Ehre, ufnehmen, nůtz vnd beſtes zu betrachten, und fůr zuwenden, ſo iſt doch vnnſer Kaiſerlich gemuet nit vnpillich mer begirlich zu denen deren Voreltern lange zeit her, in Adellichen weſen, und Tugenden herkom-

volentia ab Imperatoribus Rappoltsteinii Dominos fuisse exceptos.

§. XXX.

WILHELMUS III. qui Wilhelmum II. agnoscebat patrem, centrum illud erat, in quo virtutes omnes confluxere. Pari agilitate ac prudentia & ense in pugnis, & calamo in consiliis utebatur. Mars occuperaverat pectus, cerebrumque Minerva. Nulla erit tam muta posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum debitis eum laudibus ferat. Amplissimis atque honorificentissimis à Maximiliano I. ornabatur officiis. Non titularem tantum; sed realem etiam Consiliarii intimi honorem in Eum conferebat Cæsarea Majestas; (quod Consiliarii intimi officium Imperan-

herkommen, und durch der Vernunfft, Schiklichait, Manhait, und stette trewe Diennst, vnnser und des heiligen Reichs Ehre und Wirde behalten..... Wanwir nun guetlich angesehen.. dasAdelich alt herkomen, Redlichait, Schicklichait, erlich wesen, und Tugend des Geschlechts der Herren zu Rapolstain, auch die annemen, nutzlichen, und getrewen Dienst, die der Edel vnnser und des Reichs lieber getrewer Egenolph Herr zu Rapolstain, und sein Voreltern weilennd vnsern vorfarn...... vnns und dem hailigen Reiche, in viel wege, mit darstreckung ires vermögens trewlich, redlich und willigclich gethan haben...... darumb damit Er solcher Dienst von unns als pillich ist, zugenoß empfinden möge, so haben 2c. 2c.

tibus quoque Carolo V. & Ferdinando I. continuavit). Augebat Eum honorifico primi Capitanei & Præfecti Alſatiæ munere (1). Virtute Ejus retonuit Italia; primus etenim Patavii ſcandens mœnia manu victrici Imperii Vexillum fortitudini ſuæ creditum vibravit (2). In bello contra Venetos ſua quoque Cæſareis junxit arma, primumque Vexillum manu propria hoſtibus ereptum in Rappolti villæ eccleſia aſſervari juſſit. Hic etiam Wilhelmus à Carolo, Hiſpaniæ tunc temporis Moderatore, (cui poſtea Imperii Romani habenæ ſunt delatæ) aureo equeſtris Ordinis Vellere anno 1516. fuit coronatus. Eodem actu inſignis aurei hujus Velleris character viginti donabatur Heroibus, quorum in numero eminuere Immanuel Rex Portugaliæ; Duces Hiſpaniæ: de Alba; Eſcalona; Infantadgo; Frias; Vejas; Najara; Cardona; noſterque Wilhelmus, qui in illuſtri hoc numero quintum locum occupavit.

§. XXXI.

Sed nimis aberro. Illuſtria Rappolſteiniorum facta recenſere, fortitudinisque & aliarum virtutum ſpecimina enumerare, magni voluminis opus eſt. Ea deſuper tot tantaque ſunt, ut ſi levi

(1) Vid. Henr. Pantaleon. Chronicon de vir. illuſtr. Germ. Lib. III. fol. 128.
(2) Henninges Genealog. Lib. fol. 443.

si levi tantum penicillo adumbrare ea conarer, dignam illarum laudem assequi minime possem. Relinquatur ergo iste labor, quibus plus favet Minerva. Pluraque qui noscere cupiunt, qui sua nobis de Rochspoleti Dominorum factis reliquere scripta, Autores evolvant. (1)

PARTIS I.

SECTIO III.

§. XXXII.

EXcurramus nunc in Veteris Rappoltsteiniæ Familiæ dignitatem, Ejusque prærogativam nobilitatis, quam maxime intentis oculis, ut ajunt, contemplemur.

Exploratissimæ est veritatis temporibus abhinc remotissimis Rappoltsteinii Dynastas amplissimo *Dominorum & Nobilium Virorum* titulo esse affectos. Litteræ tam publicæ, quam privatæ ad Eos missæ non aliud, nisi Domini vel Nobilis viri nomen ferebant. Omissus semper, cum eis scriberetur, Baronis Character: nec maxima illa litterarum copia, qua grammatophylacium Rappoltsteinense abundat, unicum fert testimonium tributi Eisdem Baronis seu **Freyherrn** tituli. Ita enim anno jam 1255. Lotharingiæ Dux Fridericus in Litteris, quibus munimentum

(1) Adeas Autores in §. §. X & XI. allegatos.

tum novum circa firmitatem ſuam, *quæ vocatur Belfroi* (uti verba ſonant) Ulrico Rappoltſteinenſi extruendum concedit, *Dominum de Rappoltſtein* Illum appellat. Idem Fridericus anno 1259. in litteris, quibus Ulrico bona Horburgica feudali conditone contulit, **Herren von Rapollſtein** Eum nominat (1). Sua quoque hoc corroborat auctoritate *Conſultiſſimus Jacob Wencker* in charta, quam de *Pfalburgeris* (2) tradidit: ibi: Dieſe ſint die Herren, dienſtleute, ritter und Knechte. Zum erſten die Herrn Herr Symont von Lichtemberg, Herr Johanns von Rappolʒſtein - - - - Ita etiam *Annales Dominicanorum Colmarienſium* (3) cum de Rappoltſteiniis verba faciunt, *Dominorum* elogio Eos ornant. Ad vela ut omnia contraham, omnes Romani Imperii Moderatores in Diplomatibus, in conceſſionibus privilegiorum, in vocatoriis ad Comitia, in datis inveſtituræ litteris Dominorum Illos, Herrn zu Rappolʒſtein, mactarunt elogio. Nec ulla oſtendi poterit tabula, in qua ſub Baronum charactere veniant.

§. XXXIII.

Veriſſimum hujus rei teſtem agit Wilhelmus Rappoltſteinenſis nominis hujus III. qui in litteris ad

(1) Originales haſce Litteras Archivum Rappoltſteinenſe exhibet.

(2) pag. 73.

(3) Quas Vide in Urſtiſii Hiſtor. Germ. Part, II.

ad Consiliarios Würtembergicos exaratis (1) primos jam Illustrissimæ Familiæ Conditores, omnesque Eorundem Prognatos titulum Herren zu Rappoltstein assumsisse retulit. Qui tunc etiam temporis majoris dignitatis speciem præ se ferre credebatur, quam titulus Comitis. Antequam enim hæreditario jure transferebantur Comitatus, Judicem repræsentabat, agebatque Comes; adeoque ab officio nomen trahebat (2). Hinc Dynastæ, ne in officio essent, & ab alterius nutu penderent, sæpissime Comitis munus recusarunt. De cujus veritate testatur celeber. *Gundlingius* solertissimus Antiquitatum Germanicarum Indagator: (3) ita differens:

E Herr

(1) Vid. Differt. hujus §. IX. in not. 10.
Cave vero tibi persuadeas, verba illa, und Fürstlichen Staat nicht mehr halten mögen, idem indicare, ac Principali Dignitati sustinendæ impares. Ex antecedentibus enim & consequentibus ejus epistolæ, colligi facillime potest, voluntarie eos titulo Ducali valedixisse, licet opes Dignitati Principali bene respondere potuerint.

(2) Vid. Alteserra de ducibus & comit. Provinc. Gallic cap. 4. Evolvas etiam B. Rhenanum Instit. rer. German. cum not. Joh Taboris L. 2. pag. 298. Vid. desuper Lucä Uralten Graffen-Saal in præfat. Schœnbornerus Polit. L. 6. c. 46. p. 409. Besoldi Thes. Pract. sub voc. Grav. Guillimanni Habspurgic. L. 4. c 2. f. 121 & seqq.

(3) In dem Discours über den jetzigen Zustand der Europäischen Staaten Part. 2. c. 6. pag. 83.

Herr war so viel als Princeps, ehe die Marchionatus und Comitatus erblich wurden; die Welffen waren auch dergleichen Herren; und Etico, einer von den ältesten Welffen, hat gemeynet, daß sein Sohn sich verringert, als er sich eine Graffschafft hatte geben lassen, und ein officium Imperiale angenommen, denn ein Officialis muste seinem Herren dienen; der aber ein Frey-Guth hatte, war in hac Dynastia Princeps. Die Freyherren wolten nicht gern das Ampt eines Graffen annehmen, damit sie nicht in der Pflicht seyn dörfften..... Die Hertzogen zu Mecklenburg sind auch ehedessen Herren zu Mecklenburg genennet worden.

§. XXXIV.

Testis etiam nomine compello *Petrum Bæcklerum*, qui scriptum nobis retulit (1) quod Dominus de Berkowitz ab Henrico II. Imperatore Romano creatus fuerit, der andere Herr in Boehmen. Qua occasione quærit, cur illi adeo bene merito titulus Dominus (Pan oder Herr) non autem Comitis aut sublimior fuerit datus? & respondet: quia titulus *Domini nondum fuerit tam communis, ac titulus Comitis*, atque titulus Herr jus hæreditarium indigitaverit, titulus autem Comitis, aut sublimiores fuerint ambulativi; unde factum sit, ut multi deposito titulo Comitis se appellaverint Herren; quam in rem allegat *Balbinum in Bohemia Sancta* L. 3. c. 5. Hæc habet *Tenzelius* (2) *Balbi-*

(1) In Chron. Bohemiæ (quod prodiit Francofurti anno 1695. in folio) cap. V.

(2) In den Monathlichen Unterredungen Anno 1695. mense Martio p. 218.

Balbinus in Miſcellaneis regni Bohemiæ (3) obſervat, ſub Ottocaro plurimos Comitis titulo abjecto ſe Equites & Barones dixiſſe, iisque ſeſe adgregaſſe, quos Bohemorum lingua *Pan* appellat, quosque nos *Dominos* nominamus.

§. XXXV.

Eandem fovet ſententiam *Schilterus* (1), *Georgius Waltz* (2); *Joh. Stephanus Burgermeiſterus* (3); aliique, unanimiter aſſerentes, Comitum multos maluiſſe abſolute Dominos ſalutari, quam Comitis titulo inſigniri. Relatu dignum, quod habet *Schilterus in Annotationibus ad Kœnigshoven* Straßburgiſche Chronic (4): Allermaßen, inquit: iſt es mit dem Graffen titul alſo ergangen, daß ſich deſſen diejenige Standts-Perſohnen, ſo gleich nach denen Fürſten den Heer ſchild führen nicht, ſondern der freyen Herren bedienet, wie zu ſehen in dem Alemanniſchen Lehen-Recht Cap. I. und Sächſiſchem Landrecht im I. Buch art. 3. die Urſach iſt geweſen, daß der Graffen Titul damals auch andern niedern Heerſchilden gemein war, inmaßen die Vice-Graffen, die Fiſcal-Richter und dergleichen auch Graffen genennet worden ..... wie auch noch heutiges tags, der Saltz Graffen, Burg Graffen titul niedern Standts Perſohnen beygelegt wird.

 So

(3) Decade I. Lib.VI. part. II. p. 12.

(1) In comment. ad Cod Jur. Feud Allemann. c. I. §. I.

(2) In der Wirtenbergiſchen Nahmens-Quell Libr. I. cap. IX.

(3) Status Equeſtris cap. XXIII. p. 313. 313.

(4) In der 19ten Anmerckung §. XVI. pag. 1070.

So hatten auch vor alters die Graffen die Justitz nicht in eigenem, sondern des Kaysers oder des Königs nahmen zu administriren; dahingegen die Fürsten und andere belehnte Reichs-Vasallen in ihrem nahmen urthel und Recht ertheilten; besiehe das Alemannische Land-Recht cap. 167. und das Sächsische L. 3. a. 64. 65. (5). Plura exempla Comitum, qui sponte Comitis nomen omisere, leges apud *Baluzium* (6).

§. XXXVI.

Qua etiam ex causa Comitis & Domini nomen promiscue sæpius positum reperimus. Sic *Fasti Limburgenses* (1) nominant den Herrn Johann von Büdingen, den Herrn von Isenburg, den Herrn von Hanau, den Herrn von Helffenstein, und den Herrn von Eppstein, qui tamen singuli comites erant. Ipsosque Eppensteinenses, tametsi Comites, Comitis tamen titulo abstinuisse indicant Pacta Dotalia anni 1399. quæ *Deductioni Stolbergensi contra Moguntinum Electorem* annexa sunt. Sic enim ibi legimus: und der Wolgebornen Frauen Ludwigen von der Marck Wittbe, und Eberharden von Eppstein, beyde Frauen und Herrn zu Königstein und Müntzenberg. Hassiæ quoque Landgravii honori duxere, terræ Hassiæ *Dominos* se vocare pariter ac Brunsuicenses

(5) Adisis Speelmanni Glossarium sub voc. Grav. J. J. Speidel de vocab. Grav & Besoldi Discursum de Comitibus & Baronibus. n. 4.
(6) Tom. I. de l' Histoire d' Auvergne p. 102.
(1) Pag. 59.

censes (2). Quid quod Electores quandoque simpliciter Domini nomine sunt insigniti; uti referunt *Tabulæ Pacis publicæ*, quas Dn. de *Leibnitz* typis exscribendas curavit (3): ibi etenim sic sonant verba: *nomina* DOMINORUM, *qui sanctam pacem cum civitatibus juraverunt. Gerhardus Archiepiscopus Moguntinus, Chunez Archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus Trevirensis Archiepiscopus.* &c. &c.

§. XXXVII.

Subjungenda hisce verba Doctissimi Nobilium Fridbergensium Advocati in Sachen Herrn Rudolf Johann Grafen von Wallpot zu Baßenheim contra Herrn Burg-Graff ꝛc. ꝛc. zu Friedberg, occasione statuti, in eoque comprehensi vocabuli Herr (1): Daß man aber des *vocabuli* Grafen oder Herrn *promiscue* sich selbiger Zeit bedienet, und das *vocabulum* Herrn den Graffen-stand *involvi*ret, ist ..... aus der unterschrifft des ersten Reichs-Abschieds *de anno* cIↄ Iↄ daraus abzunehmen, daß Herr Eberhard, ohngeachtet er damals und die Grafschafft Königstein, bey solchem Reichs-Abschied nicht als Graf, sondern vor andern verschiedenen Grafen nur als Herr von Königstein sich unterschrieben ..... Daß aber die Herrn von Eppstein, als Herrn

(2) Vid. Leibnitzium in Introduct. ad Tom. I. rerum Brunsvic. & Joan. Frid. Schannat Fuldischen Lehn-Hoff, ubi occurrit Herr des Hessen-Landes.

(3) P. 90. §. XXXI. Mantissæ Cod. Juris Gent. Diplomat.

(1) P. 131.

zu Königstein, unter den Grafen den forderſten Rang mit gehabt, zeigen die angezogene Unterſchrifften der Reichs-Abſchieden, der angezogene XIII. Turnier, und dieſes dabey klärlich, daß viele Gräfliche Familien ſich nur als Herren e. gr. Erbach, Reuß von Plauen und dergleichen mehr, nicht aber als Graffen bey denen Reichs-Abſchieden ſich unterſchrieben, auch bey dem Thurnieren unter den Graffen und Herren promiſcue geſetzt, gleichwolen aber nicht Grafen ſondern nur Herrn genennet worden, die Unterſchrifft der Reichs-Abſchieden ſelbſten auch *verbotenus* die *vocabula* Grafen und Herrn, *quæ Synonima*, *circa ſubſcriptionem* beyſammen ſetzen, wie ſolches *ex inſpectione* klärlich zu erſehen. Der *Lunig* aber in ſeinem Haupt-Regiſter über das teutſche Reichs-*Archiv* unter dem Nahmen Eppſtein, Königſtein, Erbach, auch Reuſſen und Plauen nachzuſchlagen iſt, woſelbſten, daß dieſe Uhralte Gräffliche Häußer geweßen, ohngeachtet ſie ſich nur *ſimpliciter* Herrn geſchrieben durch viele *documenta*, ſonderlich aber aus den Thurnier-Büchern in mehreren ſich zeigen wird. Adeant etiam *Documenta rediviva Würtenbergica*, & quidem Documentum VI. Monaſterii Adelbergenſis (2), ubi hæc verba occurrunt: Dieſes gantze Hadamariſche *dubium* aber rühret lediglich daher, daß man in dem *laudo* ..... gefunden, welchergeſtalt der jetztbeſagte *Gerbardus de Dietz* daſelbſt ein *Comes*, *Hartardus* aber nur ein *nobilis Dominus de Mehrenberg* genannt wird; allein dieſes iſt nach damaligen Läufften nichts neues, ... und im Reich gantz *indifferent* geweßen, ob einem Grafen das Grafen-*prædicat* beygeleget worden oder nicht, und eben daher wird bey dem nemlichen *Gerbardo de Diez*, der ſchon *anno*

(2) P. 38.

anno cIↄ cc lxxviii. gelebt, in obangeführtem *Diplomate Adolphi* (ja auch im *laudo* sebst) der Grafen-Titul wieder ausgelassen.

§. XXXVIII.

Nec præter hæcce nobis alia desunt testimonia publica, quæ Dominos semper in pari ad minimum gradu cum Comitibus ambulasse probant. Inspicias quæso Ordnung des Regim. zu Augspurg *de anno* 1500. Rubr. Was des Reichs-Räthe zu Sold ꝛc. ibi: Nemlich ein Graff oder Herr sechs Pferd, ꝛc. ꝛc. Item liquet ex R. I. *de Anno* 1512. §. Item sollen ꝛc. *in verbis:* Und soll ein Graff oder Herr halten 8. oder 9. Pferde. Comprobat hæc Matricula Imperii Anno 1489. Francofurti facta, quam exhibet *Lehmann* in der Speyerischen Chronic (1): ibi enim sub Rubr. Grafen und Herren, Rappoltstein permultis aliis Comitibus præponitur. In Matricula Imperii de Anno 1521. Rappoltsteinii cum aliis simul Dominis ante multos Comites positi conspiciuntur. In quanta etiam existimatione nomen Domini olim fuerit, clarissimum fit ex loco quodam *Kœnigshovii*, quem videre est, in *Chronico ejus Alsatico & Argentinensi* (2).

§. XXXIX.

(1) L. 7. c. 110. pag. 931.

(2) Cap. II. §. 194. p. 123. hæc sunt verba: Do schicketent die von Strosburg ire Botten zu dem Künige (scilicet Henrico VII. Lützelburgico:) daß er in ir Friheit solte bestetigen. do die botten

zu

§. XXXIX.

Ex his itaque ſatis eluceſcere arbitror, tanta olim dignitate Domini characterem fuiſſe indutum, ut etiam eis, qui majoris hodie momenti reputantur ſit prælatus. Permulta præterea loca, ſi terminis Diſſertationi præfixis includi commode poſſent, in ſcenam prodirent, quæ omnia aſſertis meis ſuum adderent calculum: quæ vero protuli ad fidem faciendam ſufficere reputo. Plura lecturus acutiſſimi *Leibnitzii* libellum de *Suprematu*, & *Introductionem ad Tomum I. rerum Brunsvicens.* evolvat, ubi ſingularis illa prærogativa,

zu dem Kůnige koment und ſprechent: Unſere Herren von Stroßburg hant vnns zu uwern Gnoden geſant das ir inen ire friheite beſtedigent, alſo uwer vordern hant geton. Do wolte in der Kůnig keine entwurte geben weder zu Spire noch zu Stroßburg. do furent die Botten dem Kůnige untze gen Kolmar. do wurdent ſie underwiſet von eime der dem Kůnig heimelich was das ſi vor dem Kůnige nit ſoltent die von Stroßburg ire Herren nennen. Alſo gingent die Botten aber fůr den Kůnig, und ſprochent. Gnediger Herr. Uwer burger und diener von Stroßburg hant vns zu uwer Gnaden geſendt umb ire friheite zu beſtetigen. do ſprach der Kůnig. Ich wuſte nit was Herren ir meinetennt do ir ſprochent ir werent der Herren von Stroßburg Botten. Aber ſit ir nv ſprechent ir ſigent der minre burger botten von Stroßburg. die kenne ich wol. Men ſol vch tun das ir gefordert hant. Alſo wurdent die Botten wol usgerichtet.

tiva, qua Germania Dynastas hosce honoravit, clarissime ostenditur.

§. XXXX.

Et eminenti hoc Domini titulo constanter usa est Illustrissima Rappoltsteiniadum Familia. Egenolpho Rappoltsteinio medio Seculi XVI. degenti Comitis characterem anno 1555. à Circuli Rhenani Statibus, qui tunc temporis Wormatiæ ad deliberandum convenerant, tributum esse, inveni. Illum enim in litteris ipsi missis sic alloquuntur: Wolgeborner Graff ...... Gnediger Herr. Licet *Lucæ* Comitis huncce characterem, qui Egenolphum excipiebat, Eberhardo demum primo, Egenolphi filio, tribuerit. Ipsos autem Rappoltsteinii Dynastas, excepto Johanne Jacobo, (Illustrissimi Stemmatis ultimo) Comitis titulo unquam usos esse, haud reperi. Omni ergo veritate destituuntur, qui ad Baronum subsellia nostros Rappoltsteinii Dynastas condemnant. Et toto cœlo aberrat *Limnæus* (1) cum scribit: *Vocantur præterea principali dignitate præditi* Herrn und Herrn stands Personen ..... *licet nonnunquam in specie illi quoque* Herrn *dicantur, qui Baronum ad classem pertinent, quales sunt Barones Russi*, Herrn zu Plawen, Schlaitz, Graitz, Kranichfeld, Lobenstein und Gera; die Herrn zu Rappolstein. Errat quo-

(1) In Jure Publ. Imp. Rom. L. 4. c. 7. n. 58. Vid. porro Speidel in Spec. observat. sub voc. Herrn.

quoque *Wolffgangus Lazius* (2) qui Baronum nomen Rappoltſteiniis imponit, & cum eo *Felix Malleolus* (3) qui craſſius adhuc impingit: dum ita loquitur: *Alter autem frater Alſaciam applicuit, & prope Galliam quandam Baroniam de Rappolſteyn ſolerter acquiſivit, &, dimiſſo nomine ducali & dignitate ducatus, Baronem de ſua Baronia perpetuo de progenie in progenies ſe nominavit.*

§. XLI.

Nec ullius ponderis eſſe poteſt *Rüxnerus*, qui in libro *Torneamentorum* hinc inde ſub Baronum nomine Dominorum de Rappolſtein mentionem injicit: hodie enim non ea ejus eſt auctoritas, ut pro ſcriptore authentico inter eruditos ambulare poſſit. Illius falſitatem agnovit *Goldaſtus*, detexit *Hundius* (1), *Sagittarius* (2), *Struvius* (3). Æque parum nos movere valet *Lucæ* (4) qui, dum ei de Dominis Rappoltſteiniis ſermo, Freyherren eos appellat. Cum enim variorum errorum, quos hac in Hiſtoria admiſerunt Autores, fidelis fuerit imitator, hoc quoque in paſſu cum aliis eum lapſum haud miror. Nec theſin hanc evertere

(2) de Migration Gentium L. 3. pag. 109.
(3) In Dialogo de Nobilit. c. 14. pag. 50.
(1) In præfat des Beyeriſchen Stamm-Buchs
(2) In Antiquitat. Thuringiæ Manuſcript.
(3) In Differt: de doctis Impoſtoribus par. 37.
(4) In dem Uralten Graffen-Saal des H. R. Reichs Rubr. Rappolſtein.

tere poteſt. *R. P. La Guille*, inquiens (5): *Les Comtes de Ribeau pierre ou Rapſchwir, autre fois Barons de l'Empire.* Sufficienti etenim R. ille Pater Hiſtoriæ hujus caruit notitia.

§. XLII.

Citati Autores vero verius eſſe credunt, eum, qui dicatur Dominus, ad Baronum pertinere ſubſellia. Hoc vero ratiocinium nullo conſequentiæ filo nexum eſſe teſtatur *Vitriarius* (1) ſic diſſerens: *Nos nullam putamus eſſe differentiam inter* Freyen und Freyherren: *at vocabula Domini &* Herren *latius uſurpantur, neque concludere licet, hic vocatur Dominus, E. eſt Baro, nec enim ferendi eſſent, qui Dominis Ruſſis, Limburgicis,* RAPOLTSTEINIIS *vellent addere titulum Baronis.* Idem confirmat Vir omni laude major *Joh. Henr. Bæclerus* (2).

Hinc etiam *Beſoldus* (3) *ſæpius inaudivi*, inquit,

(5) Dans l'Hiſtire de l' Alſace L. XX. pag. 225. alio etiam in loco hie R. Pater errat: Rappoltſteinii etenim Comites nunquam dicti ſunt *Les Comtes de Rapſchwir*, quæ primaria eſt comitatus Rappoltſteinenſis civitas, adeoque nomen primariæ hujus civitatis cum denominatione totius Comitatus confundit R. Pater.

(1) In Inſtitt. Jur. Publ. Rom. Germ. L. I. Tit. XVII. §. 18. pag. 115.

(2) In Notit. S. R. J. L. 9. c. 1.

(3) In Theſaur. Pract. Addit. ſub voc. Herr.

quit, *quod duodecim per vetustæ Baronum Austriacorum sint familiæ, quæ ob vetustam dignitatem non Barones, sed Domini velint salutari, inter quas Traunii, Starenbergii, Polhemii, Stubenbergii &c. . . . . . Specialiter in Imperio* die Herren *dicuntur*, die Herren Reüssen, Plauen, Schönberger, Sternberger *& similes. Memini quoque* (pergit) *quod Starenbergius litteras occlusas alicui cum indignatione remiserit, quod ille Baronis, & non Domini vocabulum præposuerit.*

§. XLIII.

Hujus rei testem quoque habemus *Samuelem Stryck*; dum ait (1). *Lubentissime fatemur vocem dominorum* derer Herren, *absolute positam digniorem semper creditam fuisse appellatione Baronum*, derer Freyherren. Inspiciantur porro *Oldenburgerus* (2) & *Ort* (3), qui illustrius Domini, quam Baronis nomen esse, sat probarunt. Adeoque clarissimum est, titulum Herr nobilitatis quendam, sed superiorem, denotare gradum: quo etiam sensu eum usurpant die Herren von Schönburg. Item Imperatores Austriaci & Reges Hispaniæ, qui se nominavere Herren auf der Windisch Marck, zu Portenau und zu Salins. Principes Anhaltini qui appellantur Herren zu Zerbst und Sternburg. (4) Sic Reges

(1) De Jure Baronum Cap. II. n. 99.
(2) In Limnæo Enucl. l. 2. c. 16. n. 7.
(3) De Jure conducendi p. 47.
(4) Bechmanni Histor. Anhalt. VII. 2. 1. p. 243.

Reges Sueciæ, cum adhuc imperarent Provinciæ Ingermanniæ, ſe dicebant Herren von Ingermannland, & adhuc hodie Herren von Wißmar. Ita pariter diſtinguit *Maſcovius in princip. Jur. Publ.* (5) Nomen quidem Baronis quandoque generaliter acceptum tribuitur omnibus feuda, regalem dignitatem annexam habentia, tenentibus, ita ut & Duces, Marchiones, Comites ſub eo comprehendantur (6). Mihi vero hic de ſignificatione ſpeciali ſermo eſt.

§. XLIV.

Objiciat autem aliquis, omnes ſæpius in Receſſibus Imperii ſub nomine derer Herren venire, adeoque tam illos, quos ſimpliciter Herren dictos volumus, quam quos ad Barones ablegamus; hincque neceſſariam conſequentiam fluere, ejusdem iſtos eſſe conditionis. Ad quam objectionem reſpondeo, generales iſtiusmodi locutiones in Jure Publico haud eſſe inuſitatas. Id quod patet exemplo vocabuli Principis, ſub quo Comites & Barones interdum comprehenduntur. Claudicaret autem Syllogiſmus, ſi ex his concludere vellem, E. nulla inter Principes, Comites & Barones eſt differentia. Quod nemo emunctæ naris unquam concedet.

F 5 §. XLV.

(5) L. IV. c. v. §. 60. in not.

(6) Reinking l. 5. d. 4. c. 15. Schweder Introd. Jur. publ. Part. ſpec. ſect. II. c. VII. §. 2.

§. XLV.

Nec hoc levibus Dignitatis, poteſtatisque Illuſtriſſimorum Rappoltſteiniorum argumentis annumerandum, quod hodie adhuc Rappoltſteinenſis hicce Comitatus plusquam triginta haud infimæ dignitatis Vaſallis ornatus ſit. Generoſiſſimæ Alſatiæ Familiæ fide vaſallatica ſe Sereniſſimæ huic Domui adſtrictas eſſe gloriantur; ita ut pauciſſimæ inter Illuſtriſſimas Domus inveniantur, quæ tantum Vaſallorum numerum ſervitiis ſuis habeant addictum.

§. XLVI.

Quantum Inclyta hæc Rappoltſteinionem Domus valuerit, ex eo etiam perſpici poteſt, quod Illuſtriſſima Europæorum Stemmata arctis conjugiorum vinculis ſe Illi annectere non erubuerint. Imperatores enim; Reges; Duces in arctiſſimam affinitatem Illuſtriſſimos Rappoltſteinii Comites recepiſſe legimus. Qua de re, niſi brevitati ſtuderem, per multa in medium producere poſſem: Cum vero nimis amplum exſpatiandi mihi hæcce campum offerant, illis ſuperſedeo. Interim Rappoltſteinenſis Domus cum omnibus in Europa Familiis Illuſtribus conjunctionem accurato Genealogiæ nexu nobis tradidit Cel. *Spenerus*: in Manuſcripto autem ampliſſimæ hæ genealogicæ tabulæ in Archivo Rappoltſteinenſi ſervantur.

PAR-

PARTIS II.

SECTIO I.

§. XLVII.

Hi igitur Rappoltsteinii Dynastæ largissimi hujus Dominatus Illustres extitere Possessores. Patrimonium illud Rappoltsteiniacum variis olim splendebat Munimentis, Urbibus, Castellis atque Vicis. *Tria castella* monti prope Rupis-Villam imposita, quæ munitissima antiquis temporibus fuere propugnacula (1), in Ipsorum potestate erant. Cum Jus militare vulgo das Faust-Kolben und Muthwillen-Recht in Germania sæviret (2), nullaque nisi in locis bene munitis, esset secu-

(1) Vid. Crusius in Encom. Domus Rupisspol. Notus de hisce est Rhythmus.

Drey Schlösser auf einem Berg,
Drey Kirchen auf einem Kirchhof,
Drey Städt in einem Thal
Drey Offen in einem Sahl (a)
Ist das gantz Elsaß überal.

(a) Tres enim fornaces tulit atrium quoddam arcis Rappolti Villanæ, quarum vero duæ tandum hodie restant. Tanta cæterum arte structæ erant hæ Fornaces, ut ignis primæ impositus, cæteris etiam sese communicaverit.

(2) De hujus usu frequenti vid. Ge. Ad. Struvius in Tr. de Vindict. privat. c. 2. aphor. 2. §. 2. tales

ſecuritas, ſedes ſuas domiciliumque ibi collocarunt. Arcium illarum rudera hodie adhuc oculis noſtris ſeſe offerunt, easque tantis munitionibus, quas natura produxit, & ars adjuvit, tutiſſimas fuiſſe, Romanorum Imperator Rudolphus Habsburgicus, ſi ipſe loci taceret adſpectus, abunde confirmaret (3). Fortiſſimum, quoque *Hohenaccenſe* caſtellum in valle Urbia (gall. *Val d'Orbés*) eminentiſſimo montis jugo ſuperinſidens, cum arce *Judenburg* in eadem valle ſita, & caſtro *Geroldſeck* ad Voſagum, caſtro *Romont* in Lotharingia, caſtro Hohenkönigsberg prope Fanum S. Hypoliti & aliis, in Eorundem numerabantur patrimonio; quæ vero hodie ſic conſpiciuntur everſa, ut nil, niſi muri firmiſſimi quidam, priſtinarum munitionum clariſſima ſigna ſuperſint.

§. XLIII.

Cæterum hodie adhuc Comitatus hiece Rappoltſteinenſis ſeptem diſtrictus, (qui germanice ſub nomine der Aempter veniunt) comprehendit. Nobiliſſimæ ibi fertilitatis agri, uberrimumque gignendis uvis ſolum, quo in primis Rupisvillæ territorium omnia alia, quibus Alſatia gloriatur, ſuperat. Antiquioribus autem temporibus Rappoltſtei-

les autem Arces ſecuritatis cauſa eſſe extructas teſtatur Lehmann in der Speyeriſcheu Chronic L. V. c. 112.

(3) Vid. Diſſert. hujus §. XXII.

poltſteinii Dynaſtæ pluribus ac hodie imperabant terris, quæ vero pedetentim vel dationibus in feudum, vel donationibus, vel vi etiam & injuria Rappoltſteiniorum poteſtati ſunt ſubtractæ. Ita exempli cauſa Comes de Werd Sigebertus anno 1269. Illuſtriſſimæ Domui feudi nomine conceſſit varia bona, (1) quibus vero Sereniſſima Familia hodie caret. Itidem Joannes Dux Lotharingiæ Brunoni Rappoltſteinio ejusque Uxori Johannæ de Blanckenburg ob exhibita belli officia feudi lege Anno 1362. contulit, Vicos *Rumini*, *Sancti Mauritii*, *St. Prorennii*, *Vella*, *Rutſchier*, *Octubur* cum omnibus appertinentiis omnique Jurisdictione, prouti fidem faciunt litteræ Inveſtituræ originales, in tabulario Rappoltſteinenſi aſſervatæ.

§. XLIX.

Ita etiam Amoltern allodium erat Dominorum de Rappoltſtein: Verum Weyl & Wellingen, cum arce Schaff-Gießen, titulo feudali à Catharina Burgundica anno 1406. acceperunt. (1) Cum vero Papa Johannes XXIII. relicta dignitate Papali, conſiliis Friderici Auſtriaci adjutus, anno 1415. ex *Conſtantia* fugiſſet, id adeo Sigismundum Imperatorem Romanum male habuit, ut bellum

 Fri-

(1) Vid. in Append. Num. I.

(1) Vid. Luckii Chronic. Rappoltſt. M. S. S. hoc anno.

Friderico intulerit, in quo Fridericus Austriacus in fuga salutem quærere est coactus (2). Tantis igitur angustiis pressus refugium eligebat in Amoltern; Weil vero Wellingen & Schaff-Gießen Urbi Endingen pro quadam pecuniæ summa, mutuo ipsi data oppigneravit: quæ postea in hujus Friderici bonis semper permansere. Cum vero hac de re admodum sese moverent Rappoltsteinii, ad Judices lis delata fuit: Austriæ autem Archiduces, effecere, ut perpetuo lis illa mansSerit indecisa (3).

§. I.

Haud parvus sylvarum pratorumque districtus, qui hodie adhuc sub nomine des Rieths venit, in confinio territorii Colmariensis situs, bonis Rappolsteinensibus olim annumerabatur. Pars vero hujus districtus maxima modo in nota I. infra descripto in Colmariensium potestatem venisse traditur. Anno enim 1431. Ulricus Rappoltsteinii Dynasta testes permultos audiri jussit, quorum depositiones omnes, omni forma Juridica institutæ, idem indicavere. Duo hac de re prostant Instrumenta in Archivo Rappolt. asservata,

(2) Vid. Struvens Teutsche Reichs-Historie Per. 9. §. 12. pag. 473.

(3) Acta hujus litis Archivum Rappoltsteinense custodit.

vata, in quibus testium omnium depositiones scriptis sunt mandatæ. (1)

§. LI.

Superest, ut de vocabulo *Rappoltstein* quædam

(1) Audiamus depositionem noni testis: So hat der von Mittel-Wyr geseyt mit namen Henny Christan, der Schultheis, das er von Heintzmann Jöcklin seeligen, der alss ein Alter erwerer Man, alss im gantzen Land were, gehort hab ob einem Tisch, alss si by einanter zertendt, das er sprech, disse speis ist geteilt, als die von Kolmer das Ryett geteilt habent, do sprach er, lieber Jäcklin, wie teiltent si das Ryett, ist dir utzit darum zu wissende, do antwort er im und sprach, so helf mir Gott, mir ist wol darum zu wissende und hab auch die wol erkant, die die von Collmer uff weegen setzent und innen neue Schuhe Kauffent, und leuttend inen Krundt in die Schuhe, und leffel inn ire huette vff ire Heupter, und fürtend si in den Walt in das Ryett und anndre ennde, und dåtend si schweren, das si vff der von Collmer eigenem grundt stundent, vnd sturb auch derselben die also schwurent nie keiner dheins rehten Totes. Et in alio instrumento ejusdem 1431. anni iterum legimus. Item so hat Rudolff dem mann spricht Hugelin geseit, das er ettwie dickh gehört hab, das die von Kollmer sieben gehabet habent, den leytte mann zu Kollmer galgen grundt in ire schuhe vnd leffel vff ire Heubter in di Huette und Kemend vff di Blinde, vnd schwurent bei dem Schepfer der ober inen were, das sie vff der von Kollmer eigenen grundt stuntendt 2c. 2c. Reliquæ testium depositiones idem indicant

dam differam. Idem hocce vocabulum, quod innumera alia, fatum expertum eſt, nempe ſæpiſſime ab Hiſtoricis adeo fuit corruptum, ut quid indicare illo voluerint, difficulter conjici poſſit. Ita enim Scriptores Geſtorum Dei per Francos, dum de Anshelmo loquuntur, diverſimode vocabulum Rappoltſtein detorquent. Cum vero vero admodum ſimile ſit, quod ſcriptores illi de alio Anshelmo Francico loquantur, illa omitto (1).

§. LII.

Johannes de Bayono, qui anno Domini 1326. *Mediani Monaſterii* contexuit *Hiſtoriam*, Seculo jam XI. de *Regnibaldi Petra* quædam profert, quam vero *Regnibaldi Petram* idem cum *Rappoltſtein* eſſe facile animadvertitur (1). Hinc etiam idiomate Gallico vocabulo *Ribeaupierre* utimur, quod idem ac *Regnibaldi* ſeu *Ribaldi Petra* exprimit.

§. LIII.

Hoc vero *Rappoltſtein* à *Rappoltenſtein* in Auſtria

(1) Vid. Differt. huj. §. XIX. & Special. n. 4. ubi dubium de vera hujus Anshelmi perſona clarius expoſitum.

(1) Vid. Hiſtor. Median. Monaſt. P. 3. c. 48. p. 241. ibi Johannes de Bayono ad A. MXXXVIII. *Hic Gerardus Comes Ekenisheim caſtri, Frater ſcilicet jam dicti Epiſcopi Brunonis, dum contra Regnibaldum de caſtello, quod ab ejus nomine Regnibaldi Petra dicitur &c. &c.*

ſtria ſito, quod Landaviorum Dominorum vetus eſt patrimonium (1) maxime eſt diverſum. Errat itaque *Wolffgangus Lazius* (2), qui idem nomen Rappoltenſtein huic noſtræ Dynaſtiæ tribuit. Ita quoque ad fabulas relegandum ejusdem *Lazii* aſſertum, quo Dynaſtiam noſtram ab initio *Rocks-poletin* appellatam fuiſſe autumat, conjunctis vocibus *Rochi*, qui juxta *Lazium* Illuſtriſſimæ Familiæ extitit conditor & *Spoleto*, cujus Ducem antea hunc Rochum fuiſſe, tradunt. Corruptioni linguæ interea tribuit *Lazius*, quod Dominatus ille *Rappoltenſtayn* poſtea fuerit dictus. Alii iterum à Gallico *Roche* denominationem derivant, quaſi *Rappoltſtein* idem vellet ac *La Roche Spoletine*. A quorum ſententia non recedere videntur, qui *Rupis Spoletanam* & *Rupisſpoletum* Dynaſtiam hanc nominat. Cum vero in Diſſertatione noſtra (3) evidenter fuerit comprobatum, VIII. jam Seculo (quantum nobis quidem notum) *Rappolti villam* ſub nomine *Rabaldo Villare* & *Rutpodes Vuillare* fuiſſe cognitam, à *Rocho* demum illi denominatio venire haud potuit.

§. LIV.

Sanius itaque judicari puto, ſi quendam *Ra-*

(1) Lucæ Uralter Graffen-Saal p. 409. & Spener Hiſtor. Inſign. L. II. c. 72. §. 16. pag. 514.
(2) De Gent. Migration. L. 3. p. 109.
(3) Vid. §. XIII. & XIV hujus Diſſert.

baldum vel alium ejusdem fere nominis in vivorum consortio extitisse credimus, a quo tota Dynastia jam remotissimis abhinc Seculis suum traxerit nomen. Facillime enim *Rabaldus* in *Rappoltus* mutari potuit, quippe quæ nomina antiquis temporibus admodum fuere communia. Rappolts-Weyler itaque idem significat ac *Rappolti Villa*, (hoc vero Rappolts-Weyler a Rapperswiel Helvetiæ, cui olim comites sui fuere distinguas) & Rappoltstein seu melius Rappolts-Stein cum *Rappolti Petra* optime conspirat. Stein vero absolute positum Germanis olim castrum dictum esse, tum ex compositis hisce nominibus cum ex aliis indicibus innotescere, asserit *Killinger* (1), putatque nomen illud Stein, illis solummodo arcibus olim tributum fuisse, quæ petris, rupibus atque saxis erant inædificatæ, die auf Stein und Felßen gebauet waren; Hancque conjecturam verisimilem reddere instrumentum quoddam investituræ feudisticæ, a rege Bohemiæ illustrissimis Comitibus Schwartzburgicis traditum, in quo castrum in Saxo situm, appelletur der Stein der zerbrochen ist, testatur *Besoldus* (2). Id quod optime ad Castra nostra Rappoltsteiniaca quadrat, rupibus enim, petris, magnæque molis saxis illa sunt inædificata.

§. XV.

(1) De Generib. Castror. dicurs. 2. n. 67.
(2) Thesaur. Pract. Contin. Voc. Stein.

§. LV.

Ita litteræ etiam, quibus tabularium Rappolt-ſteinenſe inſtructum, antiquiſſimæ, nomen hocce *Rappoltſtein* perpetuo fere ſervarunt. Quod videre eſt ex litteris donationis à Rudolpho Habsburgico Anno 1273. Rappoltſteinii Dynaſtis datis (1).

Nec non ex ſcripto Ducis Lotharingiæ Friderici anni 1255. in quo Ulrico Domino de Rappoltſtein novam villam circa Belfroi extruendam concedit. Ex membranaceis Monaſterii Zuifaltenſis libellis, quos exhibet *Cruſius* (2) ante nominata etiam tempora vocem *Rappoldi Stein* in uſu fuiſſe patet.

PAR-

(1) Vid. Diſſert. hujus §. XXI.

(2) Ann. ſuev. L. 8. Part. 2. pag. 271.
Liceat hic extra oleas parumper vagari, & de Thermis, quibus Rappoltſteinenſis Ditio olim gaudebat quædam proponere. Parvam quandam ſchedam ſervat Archivum Rappoltſteinenſe, ſine Conſule & ſine die, antiquis tamen characteribus & antiquo ſermonis ornatu ſcriptam, his verbis: Nit ver von dem inloff gegen der Stros do loff das warm Waſſer hyn in vnd tringt ſich durch den veſten grunt vnd Stein dieff vnder dem Ertterich vnd lof alſo in viger der Brun iſt aber oberhalb der ſteinnentten Stroſe do das Bechlin in viger lofft in den reben. vnder einem groſen Bom in einem kleinen Simplin nit iber Mans dieff, do ſich der rechtgt brun vnd

PARTIS II.

SECTIO II.

§. LVI.

Hæc igitur Comitatus Rappoltſteinenſis bona, hodie partim allodialia ſunt, partim vero nexu feudali adſtricta. Quæ ejus etiam extitit facies cum Imperii Germanici Regimini Alſatia adhuc eſſet ſubjecta. Vero præterea ſimillimum eſt, temporibus remotiſſimis terras haſce Rappoltſteinenſes jure allodiali fuiſſe poſſeſſas, tractuque temporis demum in feuda potentioribus aliis Statibus eſſe oblatas. Antiquiſſima, ad quæ ob antiqua-

vnd quel vnder einem grosen Steinblatten gantz heys wasser das man ein hun do mechtgt brigen. sig ein gut bad. Ex hiſce apparet, thermas haſce prope Rappolti Villam fuiſſe, quomodo autem amiſſæ fuerint, non conſtat. De Thermis hiſce teſtatur etiam *Franciſcus Irenicus*, dum in *Germaniæ Exegeſi*, Anno MDXVIII impreſſa, Libro VIII cap. IV. fol. CLXXIIII. ita ſcribit: *Memoratur noſtræ tempeſtatis fons apud Rapenſteinenſes in prædio Alſatiæ, qui morbos expellit, curas levigat, ita, ut ibi homines diutiſſime vivant, & 90 annos excedant, dum vix 50 ingreſſi videantur.* Huncce vero *Irenicum Rappoltſtein* ſub vocabulo *Rapenſteinenſes* intellexiſſe, indicat liber ejusdem *Exegeſ.* XII. fol. CCXII. ubi hæc leguntur: *Raperſtein prædium Alſatiæ, latine Rock ſpoletum, unus Spoletanorum Comitum erexit, ut annales eorum volunt.*

tiquitatum inopiam excurrere licuit tempora, allodialia quædam hujus Comitatus fuiſſe bona nobis aperiunt, quæ tamen feudi nomine hodie poſſidentur. Ita enim Anno 776. Comes Alſatiæ Sighifridus filio ſuo Almanno tradit res ſuas in Pago Alſacenſe, quorum etiam numero *Rabaldo villare* adſcribitur (1). Ante quod etiam tempus, anno nimirum 769. Urbes Rappolßweyler & Gemar à Rege Pipino *res proprietatis Fulradi Capellani ſui ſeu Archipresbyteri* ſalutantur, quas ipſe Fulradus jure hæreditario a Widone acceperit, cum poteſtate *ipſas res habendi, tenendi, dandi, vendendi, commutandi & porro, liberam & firmiſſimam in omnibus de ipſis rebus habeat poteſtatem faciendi, quicquid voluerit* (2). Ita ſubſequenti quoque tempore anno ſcilicet 896. Zuenteboldus, Lotharingiæ Rex, in Diplomate quodam Abbatiæ Monaſterienſi donat *Bonifacii villare, Honenheim, Gebinisheim, Balgouua, Rutpoldes Vuillare* cum aliis terris. (3)

§. LVII.

Præterea etiam antiquæ rei peritos fugere haud poteſt, Seculis remotiſſimis certa quædam

H bona

(1) Vid. Diſſert. hujus §. XIII.
(2) Documentum hocce invenies in Michaelis Felibien Preuves de l'Hiſtoire de l'Abbaye de St. Denys num. 45.
(3) Vid. iterum Diſſert. hujus §. XIV.

bona domanialia ſeu fiſcalia in Comites eſſe collata; quorum emolumenta ad remunerandos labores in officio ſuo adhibendos caperent. Hæc itaque bona ſub ſequentibus Imperatoribus & obtorpente regia autoritate cum eis, quibus præfuere, provinciis hæreditaria facta ſunt, donec tandem Henrici IV. ætas regiæ autoritatis vincula rupit, & Ducum pariter ac Comitum potentiam firmo talo ſtare juſſit. (1)

§. LVIII.

Deinde Imperatorum clementia officiales hoſce Comites variis ſæpius ornabat terris, vel bona etiam, quorum fructus pro Salario eis permiſſa fuere, in propria transfundebat (1). Nec difficile creditu, Comites illos emtionibus, donationibus, hæreditatibus aliisque titulis haud pauca ſibi adjeciſſe bona, quæ omnia ipſorum allodia dicebantur (2). Et hujusce modi Comites haud paucos aluit Alſatia (quorum nonnullos nominat Cel. *Obrechtus* (3):) quæ præter officium & beneficium Comitis, vel ſine illo etiam, haud mediocrium ſæpe divitiarum fuere poſſeſſores, quæ deinde poſteris ſuis reliquere.

§. LIX.

(1) Vid. B. Rhenan. Inſt. rer. Germ. cum not. Taboris L. 2. pag. 296. in not.

(1) Haud pauca hujus exempla præbet Struvius l. c. §. 8.

(2) Idem Struvius L. c. §. 12.

(3) Prodrom. Rer. Alſ. C.XII. p. 262. & ſeqq.

§. LIX.

Hic itaque fons eſt & origo, unde tot Domini, Dynaſtæ & Barones deſcenderunt (1); filii enim ſi vel plures fuere vel Comitis officio abſtinuere, jure plane libero ſua rexere territoria, allodiorum ſub nomine quiete illa poſſidentes (2).

§. LX.

Cum ergo vero reddiderim ſimillimum (1) Comites noſtros Rappoltſteinenſes ab ejusmodi Alſatiæ Comitibus haud abſone eſſe derivandos: Cum pariter oſtenderim veterrimis in Diplomatibus Allodiorum extare veſtigia; haud longe à meta aberrare mihi videor, ſi bona Rappoltſteinenſia Allodia olim fuiſſe, ſucceſſu temporis vero varias ob cauſas potentioribus in feuda eſſe oblata, affirmem.

§. LXI.

Jus Manuarium cum fatale ſuum in Germania caperet initium, tuncque temporis, quicquid lubuit, fere licuerit, infirmiores Imperii Status, ne a potentioribus toti abſorberentur, metu rei

 in

(1) Struvius de Allod. Imp. c. 2. §. 9.

(2) Petrus de Andlo de Imp. Rom. L. 2. c. 12. De illis etiam Caroli Calvi Gall. Reg. Capitulare L. III. Cap. X. diſponit: *Si in allode ſuo quiete vivere voluerit, nullus aliquod impedimentum facere præſumat, neque aliud quid ab eo requiratur, niſi ſolummodo ad patriæ defenſionem pergat.*

(1) Diſſert. hujus §. XV.

in ſolidum amittendæ, maluerunt alieni facere beneficii, quod proprio Marte ſervare non poterant (1). Turbido inprimis illo Germaniæ ſtatu, qui Friderici II. mortem excipiebat (2), judiciorum autoritas, plane ceciderat (3). Rerum ſuarum quocunque modo, ſive licito ſive illicito, augendarum quemlibet fere potentiorum cæpit libido. Imo vel ſimpliciter & unice de rapto quidam vivebant (4). Hinc vel fœdere inito, vel arcibus extructis & munimentis ædificatis ſaluti ſuæ infirmiores conſulere quæſiverunt. Quæ vero omnia cum non ſatis tutos eos redderent; conſultius viſum, translata in potentiores rerum proprietate, ſub quadam officii lege ſibi poſteriſque illarum reditus conſervare. Huic ex aſſe adſtipulatur Illuſtris *Gemmingius* (5) dum ait: Es iſt beweißlich, und gehe man von einem Stammhauß zu dem andern: ſo wird man befinden, daß noch vor 200. oder 150. Jahren alle Stammhäußer allodial geweßen; und ſeyther mehrers Schutz, und auderer Urſachen mehr *poſt tempora Rudolphi I.* aufgetragen worden. Et *Wehnerus* ſcribit: In Francken hat der Adel urſprünglich ihre eigene

(1) Hertius in Diſſ. de Feud. Obl. Tom. II. Part. I. §. IV.

(2) Trithemius in Chron. Hirſaug. ad ann, 1290.

(3) Leibnitzius in Cod. Jur. Gent. diplom. T. I. p. 13.

(4) Wehnerus obſerv. Pract. ſub voc. Gan erben c. 11

(5) In ſcripto pro nobilit. libera apud. Beſold. voc. Reichs-ſtand. Vide etiam Eybenii Elect. Jur. Feud. C. IX. §. XXI.

gene Güter *protectionis*, Schuß und Schirms halber, den mehrern Theil und keiner andern Gestalt den Lehn-Herren erstlich aufgetragen, und zu Lehen gemacht. De quorum veritate pluribus testatur Hertius in elegantissima Dissertatione de feudis oblatis.

§. LXII.

Chronicon Rappoltsteinense Manuscriptum refert: Es hat auch der Bischoff von Basel mit Hilff der Herren von Rappoltstein Hertinberch und Blodelsheim, welche dazumahl Graff Rudolff von Habspurg zustendig waren, mitt Gewalt eingenommen: Vndt haben die Herren von Rappoltstein dazumahlen dem Bischoff von Basel vil ihrer eigenthumblichen Gütter, wie auch Rappolschweiler zu einem lehen Vff getragen, Vndt sich Vnder dessen Schirm begeben, weil dieser Zeitt die Geistliche Herren, wegen ihres banns grossen Gewalt hatten, Vndt auch das weltliche Schwerdt darneben wohl zu gebrauchen vndt weltliche güetter vndter ihr gewallt zu bringen wusten. Cum quoque Episcoporum, Basileensis, Argentinensis, Bambergensis & Abbatis Murbacensis Vasalli olim fuerint Rappoltsteinii, major assertis adjicienda fides, cum vix probabile sit, Episcopatus tot castris quæ a secularibus jure feudi hodie possidentur, olim abundasse, ut illa promiscue in feuda concesserint; Quæ olim Ecclesiis donata sunt, quoad integram substantiam in earum patrimonio ut plurimum permansere, cum alienatio bonorum tam distincte fuerit prohibita, & quando licite fieri potest, tot tamen cautelis & præcautionibus circumscripta, ut ad effectum haud facile deduci possit.

§.LXIII.

§. LXIII.

Antiqua præterea pietas & devotio hac opinione communi majores occupavit, ut tunc demum se bonis suis jure optimo frui posse crederent; si ab Ecclesiis illa in feudam recognoscerent (1). Moris hujus, uti reputo, *Lex jam Baiuvariorum* apud *Baluzium* (2) mentionem facit. Quem etiam modum hac in lege descriptum sub Carolo M. jam obtinuisse, *Concilium Turonense* (3) luculenter probat, ostendens simul, liberos quandoque ab hereditate parentum ob nimias donationes ecclesiis factas esse exclusos, cujus iniquitatem Patres ipsi quodam modo agnoverint. Addunt tamen, ne, si tali parentum pietate bonis paternis defraudentur liberi, ulla conquerendi eis nasceretur occasio: *Nobis visum est prædictis hæredibus hanc dare optionem, ut si voluissent traditiones parentum suorum consequi, de qua jam illi erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiam se commendarent, & hæreditatem illam in beneficium, unde se adjuvare & sustentare possint, acciperent.*

§. LXIV.

Denique præter hanc pietatem æternæ damnationis metu prognatam, potentia etiam Episcoporum Clerique potestas hujus munificentiæ causa

(1) Vid. Alteserra de Orig. feud. c. 4.
(2) Tom. 1. cap. 95. de Anno 630.
(3) III. cap. ult. de anno 813.

ſa fuit & origo. Sic de hacce *Struvius* (1) diſſerit: Auſſer dem aber trugen andere, ſo wohl Graffen als von Adel ihre Güter dieſem oder jenem mächtigen Fürſten zu Lehen auf, darmit ſie unter deßen Schutz ſicher wären. Einige hingen ſich an die Biſchöffe, ꝛc. ꝛc. Idem confirmat *Generoſ. Seckendorffius* (2) qui multa territoria allodialia eſſe fatetur, ſubjungens tamen: Ihre meiſte und beſte Oerter aber ſind andern Ständen, ſonderlich geiſtlichen Stifften lehnbar, denn denſelben haben die Vorfahren das Eigenthum mehrentheils gutwillig aufgetragen. Morem huncce Clerici Bremenſes cum ejusdem Archiepiſcopo in Controverſia quadam apud *Helmoldum* (3) allegant, præmittentes, ampliſſimis regni divitiis eccleſiam auctam fuiſſe; *Ubi enim dux*, ajunt, *vel marchio, ubi in regno principatus quantum libet magnus, qui pontificibus manus non offerat, recuſatque opportune, importune ſe ingerat? certatim currunt, ut homines fiant eccleſiæ & participes fiant beneficiorum ejus &c. &c.*

In tantum etiam paulatim Epiſcoporum crevit potentia, ut Comites nobilesque vel inviti ſæpius ad ſua bona in feudum illis offerenda fuerint coacti (4).

§. LXV.

(1) In der Teuſchen Reichs Hiſtorie Period. VIII. §. 13. 360. Vid. etiam Hertius in Diſſ. de Feud. Obl. T. II. P. I. §. VI.

(2) Im Teutſchen Fürſten Staat in addit. §. 20.

(3) Chron. Sclav. c. 69. n. 11.

(4) Vid. Stephanus Leodic. Lib I. Vitæ S. Modoaldi c. XIV. apud Surium die 12. Maji.

§. LXV.

Seculo quidem ſuperiori Epiſcopus Baſileenſis, cum fervidam litem Sereniſſimæ Domui Palatino-Birckenfeldinæ moveret in cauſſa Succeſſionis Rappoltſteinenſis, omni opere probare conatus eſt, jure prorſus allodiali terras, quas feudorum nomine nunc Sereniſſima illa Familia ab eodem Epiſcopo tenet, ab Eccleſia Baſileenſi eſſe poſſeſſas. Quod ſuppoſitum, ut quodam niteretur fundamento, in factis Anno 1674. & 1692. hac de materia publicatis, quasdam donationis litteras Henrici Imperatoris nomen præ ſe ferentes in ſcenam produxit, anno 1034. ſcriptas, quibus Henricus Imperator prædium quoddam Rappoltſtein dicto Epiſcopo ita donaſſe traditur, ut pro allodiali & hæreditario Eccleſia Baſileenſis illud poſſideat, & in ſucceſſores quosvis transferat. Hæ donationis litteræ à Friderico quodam Imperatore confirmatæ eſſe dicuntur, cujus in teſtimonium Factis ſupra allegatis, confirmationem quandam Fridericianam adduxit, quæ vero ſine conſule & ſine die. Exponit hac in confirmatione Fridericus, ſe ratam habere donationem prædii cujusdam Rappoltſtein ab Henrico I. in Epiſcopum Baſileenſem collatam. Plurima vero ſunt, quæ non ſuſpectas tantum has litteras reddunt, ſed ſuppoſititias etiam clariſſime demonſtrant, quorum illud evidentiſſimum ſignum, quod conſtet, Conradum Saliquum anno 1034. Romani Imperii

rii fasces tenuisse, ut adeo ab Henrico quodam Imperatore, tunc temporis vivente, illam donationem profectam esse, historicæ veritati e diametro repugnet. Notum, desuper Henricum I. ante Seculi jam X. medium vivorum consortio esse egressum, hinc nec Seculo XI. donationis litteras concedere potuit (1). Cæterum non tota Rappolti villa nexu feudali Episcopo Basileensi est adstricta, sed duæ tantum ejus partes, reliqua vero jure proprio possident Rappoltsteinii, qua propter minus accurate contrarium asserit *Hertzogius* (2).

§. LXVI.

Ex his adductis prono fluit alveo Feuda Ecclesiastica magis præsumi impropria, quam propria, ut recte monent, *Hertius* (1), *Schilterus* (2) *Thummermut* (3). Regula enim formanda est ab eo, quod fit utplurimum & præsumtio capienda est ab eo, quod in plerisque feudis ecclesiasticis obtinet. Observavi autem in antecedentibus, ho-

I dierna

(1) Vid. Factum pour Monsieur le Prince Christian Prince Palatin de Birckenfeld, Duc des Bavieres &c. en Instance pendante au Conseil de sa Majesté, entre Monsieur le Prince Christian &c. Demandeur d'une Part & Monsieur l' Evèque de Bâle Demandeur d'autre, pag. 47 & seqq.

(2) Chron. Alsat. L. 3. c. 4. p. 9.

(1) In Paroem. Juris. Lib. II. paroem. 20 in f.

(2) ad Rubr. Jur. feud. Alem. §. 14 & 15.

(3) In tract. Krumstab schleüst niemand aus. p. III. n. 64.

dierna feuda ecclesiastica pleraque ab oblationibus Majorum originem traxisse, non a benevolentia Episcoporum & Prælatorum, quippe quibus prorsus interdictum erat, bona ecclesiastica in feudum dare, quique solenni juramento de bonis ecclesiæ non alienandis constringuntur. Innumera hujus rei prostant exempla, quorum varia adduxit *Thummermut* (4) simul ad Diœceses Leodiensem, Monasteriensem, Trevirensem & Fuldensem provocans. Johannem I. Episcopum Trevirensem res suæ Ecclesiæ in summam amplitudinem deduxisse, validis arcibus propugnaculisque confirmasse, & opportunis beneficiariorum equitum subsidiis auxiliisque fulsisse, testatur *Browerus* (5). Recenset in sequentibus, arces prædiaque acquisita, & *quicquid ejus generis*, ait, *possessionum ecclesiæ comparavit, iis, unde nactus fuerat, beneficiario jure denuo concessit. Annales Dominicanorum Colmariensium* (6) referunt: *Dominus de Meienheim Castrum suum, quod habuit, Meienheim dedit in Episcopi Argentinensis potestatem, & postea recepit illud feudum perpetuum.* Hoc argumentum pluribus illustrat *Hertius* (7).

§. LXVII.

(4) In dict. tr. p. 117. & 134.
(5) Annal. Trevirens. ad annum 1212. §. 92.
(6) ad ann. 1281.
(7) In Cit. Diss. de Feud. Obl. P. I. §. 6 & 7.

§. LXVII.

Neutiquam elidere ſententiam hancce poſſunt, quæ contra præſumtionem illam urgeri ſolent, quod nempe favore eccleſiæ feuda magis propria & recta, quam impropria præſumantur, maxime intuitu ſucceſſionis (1). Solus enim favor eccleſiæ præſumtionem operari nequit; ſi graviores adſunt in contrarium conjecturæ. Eccleſiam in plurimis privilegiatam & inde cauſam ejus favorabilem eſſe, nemo neget; hic vero non de privilegio eccleſiarum agitur, ſed de nuda præſumtione, quæ ex communiter accidentibus deſumitur. Reliquæ quæ obtrudi ſolent, objectiones ejus omnes farinæ ſunt, ut facillimæ refutari poſſint, quapropter nec illis locum hic aſſignandum credidi.

§. LXIII.

Quapropter concludo, quod veritati & Hiſtoricæ & Juridicæ apprime reſpondeat, ſi dicamus, Illuſtriſſimam veterum Rappoltſteiniorum Familiam bona, quæ feudi jure poſſidet, aliis Statibus in feudum obtuliſſe. Quod ſi de feudis eccleſiaſticis, quibus magna Comitatus pars conſtabat, negaretur; a negante probatio in contrarium inſtituenda eſt, quod nimirum illa feuda propria ſint, & non impropria. Quod vero cum nullum probare poterit Seculum, ſed potius pro impro-

(1) Rlock Tom. II. Conſil. X. n. 57.

priis prægnantes militent rationes, pars ista Comitatus Rappoltsteinensis numero potius feudorum oblatorum adscribenda est.

PARS III.

§. LXXIV.

Seculo superiori cum Christianissimi Regis Imperio Alsatica jungeretur regio, ex primis fuit Illustrissima Rappoltsteinii Domus, quæ Gallicæ Coronæ auspiciis se adstringere decrevit. Ipsa vero voluntaria subjectio plurimum causæ tribuit, ut Controversia Status Rappoltsteiniis nostris mota fuerit. Pace enim Monasteriensi cum omnia, quæ Archiducis Austriæ dominio Alsatico accensebantur, Francorum Regis Imperio annexa fuerint, Comites Rappoltsteinenses Archi-Ducali huic familiæ subjecti reputabantur, re autem vera nulla locum habere potuit subjectio; uti in sequentibus demonstrabo. Cum quoque dicti Rappoltsteinii Comites sponte se suaque omnia Christianissimo Regi permiserint, spontanea ista subjectio idem indicare credebatur, ac si se Austriacorum Landsassios fuisse confiterentur. (1)

§. LXX.

(1) Minus itaque accurate scribit R.P. La Quille dans l'Histoire d'Alsace L. XX. p. 22. *Les Comtes de Ribeaupierre .... furent les premiers engagès, disent nos anciens memoires, par les graces & les Caresses*

§. LXX.

Poſtquam deinde dictus Rex Chriſtianiſſimus declaratione quadam ſpeciali omnibus Statibus, qui territoriorum Alſaticorum fuere Domini, & immediata Imperii Germanici Membra nec aliis Principibus ſubjecti, id gratiæ conceſſit, ut ſubditorum ſuorum quemlibet ad duodecim dierum operas & ſervitia quotannis præſtanda (*a douze Corvées par an*) cogere poſſint; reliquis autem, qui mediate tantum Imperio parentes aliis Statibus Landſaſſiatus vinculo fuere annexi, quinque tantummodo dierum ſervitia permiſerit; Rappoltſteinii Dynaſtæ, quos ad poſteriorem hanc claſſem pertinere credebant, nonniſi limitatas haſce ad quinque dies operas percipere debuerunt. Et tunc demum pro jure ſuo & veritate calamum ſtringere incepere Rappoltſteinii, tunc Immediatorum Statuum privilegio ſe gaviſos eſſe declararunt. Et de hac ulteriori demonſtratione, quantum ego quidem ex ſcriptis in Archivo Rappoltſteinenſi ſervatis haurire potui, fuſior in hac ſectione ſermo nobis & inſtituendus.

reſſes des Archiducs, a les reconoitre pour leurs ſouverains.... Après une pareille demarche ils ne pouvoient plus mèconnoitre la ſouveraineté du Roi, qui parle traitè de Munſter etoit entrè dans tous les droits, queles Archiducs poſſedoient en Alſace.

§. LXXI.

Ad decidendam autem hanc controversiam; *An Illustrissimi Rappoltsteinii Comites immediati Imperii Germanici Status fuerint, nec ne*, ordinetenus sane procedendum videtur, adeoque discutiendum primo arbitror, *quæ requirantur, ut Status Imperii immediatus dici quis queat*, & temporum serie observata secundo probandum, *omnia hæcce requisita apprime in Rappoltsteinios nostros cecidisse.*

§. LXXII.

Status Imperii varie a variis de finitos videmus, & hunc etiam quoad passum (uti in multis aliis) maxime inter se dissident, atque discordant Juris Publici Doctores. Ita enim *Knipschildius* (1) distinguit inter acceptionem vocis *Status* generalem vel latam, & specialem vel propriam. Generalis vocis Status Imperii usu juxta eum dicuntur, qui Imperio Romano immediate subsunt, & neminem, præter Imperatorem, superiorem suum agnoscunt, sive ad Comitia vocentur, & votum ac sessionem in iis habeant, & Imperii Matriculæ inserti sint, sive non. Ad illum autem, quem strictiori sensu Statum Imperii appellat *Knipschildius* (2) plura requirit: Ad quæ tuenda ad *Wehnerum*, *Meichsnerum*, *Arumæum*, aliosque lectorem ablegat. Cum vero omnia

(1) De Civit. Imper. Juribus & Privil. L. 2. c. 1. n. 6.
(2) Dicto Cap. n. 79.

omnia illa requisita à *Knipschildio* desiderata non ita necessario in Statum Imperii cadere debeant, ut uno alteroque deficiente, a jure Status aliquis excludi possit, angustioribus cancellis plurimi, eique haud infimi subsellii Doctores juris publici, requisita hæc includenda esse existimarunt. Nam, ut unum tantum tangam, non absolutam involvit necessitatem, ut Status quidam Imperio immediate subjectus sit. (quod tamen absolute requirit *Knipschildius*) Nam Domus Würtembergensis & aliæ plures mediatæ fuere quoad feuda ab Austriæ Domo possessa, & nihilominus extra ullam controversiam Statibus Imperii semper annumerabatur. (3) Viceversa Immediate etiam nonnulli Imperio subjecti sunt, qui tamen Statuum Imperii numero nunquam fuere comprehensi. (4)

§. LXXIII.

Deinde non universaliter verum, illum, qui territorium cum Jurisdictione & Regalibus non immediate ab vel sub Imperio possideat, Statuum nume-

(3) Teste Limnæo de Jur. publ. Imp. Rom. Germ. L. I. Cap. VII. n. 65. In addit. pariter ad hujus Cap. n. 99 asseritur Falckensteinios itidem Immediatos esse, & tamen Status Imperii.

(4) Prouti apparet ex R. J. Wormatiensi Ao. 1564. §. Und wollen wir als Römischer. ibi. gegen denen so nicht Stände deß heiligen Reichs, jedoch dem H. Reich immediate unterworffen.

numero delendum esse, (quod idem desiderat *Knipschildius*) cujus contrarium satis perspectum in causa Hoheneck contra Rheineck annotante *Knichenio* (1) & *Reinkingio* (2).

§. LXXIV.

Magis itaque recepta est, veritatique & experientiæ conformior videtur sententia illorum, qui *inscriptionem in Matriculam & votum cum sessione in Comitiis* pro sufficientibus habent notis, ut Status Imperii character tribui cuidam possit. Hancce sententiam celeberrimos Juris Publici peritos fovere reperimus: *Mihi sola Matriculæ inscriptio veram Status Imperii notam suppeditare videtur*, asserit *Limnæus* (1). Idem sentit *Reinkingius* (2); Cel. *Mascovius* (3) Statum Imperii definit per *Civem Imperii immediatum, loco & suffragio in Comitiis gaudentem.* Cum quo faciunt *Vitriarius* (4) *Becher*; (5) *Mylerus* (6) *Gailius* (7) *Justus*

(1) In Velitat. apolog. n. 13. 14. 110. 120. & 131.
(2) De Regim. sec. S. R. I. cl. VI. n. 21.

(1) De Jur. pubi. Lib. I. C. VII. n. 91.
(2) De Regim. sec. Lib. I. cl. III. c. 1. n. 2.
(3) In Principiis Jur. publ. L. I. Tit. XII. 1.
(4) Institt. Jur. publ. L. I. Tit. XII. 1.
(5) Synopsi Jur. publ. L. 2. cap. 2.
(6) De Princip. & Statibus Imp. Rom. Germ. c. 11.
(7) L. I. observ. 21. n. 2.

Justus Sinoldus cognomento *Schütz* (8) *Sprengerus* (9) aliique innumeri.

§. LXXV.

Quod si strictiorem etiam Status Imperii admittamus definitionem, haud difficile tamen erit demonstratu, omnia illa requisita in Illustrissimam Rappolsteiniorum Gentem optime cecidisse. Cum vero rei cardo in eo vertatur, ut quis albo Imperii receptus, & ad Comitia vocatus adsit; id nunc oneris suscepi, ut abunde demonstrarem non solum in Imperii Matriculas Illam relatam, sed ad quævis etiam Comitia tanquam Statum Imperii esse vocatam.

§. LXXVI.

Incipiamus ab Albo Imperii, cum illud tantum roboris habeat, ut probet intentionem Fisci, adeo, ut semel in Matriculam relatus, juris præsumtione pro Statu Imperii habeatur, donec contrarium, se nimirum exemtum esse, probet. (1) Veterrimæ jam, quarum nobis superest notitia, Imperii Romano Germanici Matriculæ inserta Illustrissima Rappoltsteiniorum Nomina ostendunt. Ita enim Matricula anno 1431. (2) confecta Dominos

K

(8) Colleg. de Statu Rei Rom. Vol. I. Disp. 6. Th. 2.

(9) Juris prud. Publ. pag. 185. Vietor in Dissert. de Exempt. Imp. Concl. 5. n. 3.

(1) Wehnerus Observat. Pract Voc. Matricul.

(2) Extat hæcce Matricula in Actis Brunsuic. Part.

minos Rappoltſteinenſes ad tres Equites ſiſtendos (3) taxavit. *Lehmannus* & *Goldaſtus*, hac Imperii Matricula antiquiorem nullam invenire potuerunt (4). Ita pariter in Matricula Imperii de anno 1467. (5) 1471. (6) & 1481 Taxa Dominorum de Rappoltſtein 2. equites & 4. pedites exprimit. Taxæ Imperii, anno 1489. Francofurti factæ, inſertam videmus Dynaſtiam Rappoltſtein, quæ 5. Equites & 20. Pedites parare debuit. Hanc taxam exhibet *Lehmannus in Chron. Spir.* (7) Album Imperii anno 1521. in Comitiis Wormatienſibus confectum Rappoltſteinenſes etiam

Part. 2. pag. 1019. Eandem videbis in Prodromo des Gründlichen wahrhafften Berichts der Stadt Bremen in den beylagen.

(3) Zu 3. Glesen, uti verba Germanica ſonant. Hos autem Equites fuiſſe aſſerit Wenckerus von Glevenburger §. 11. Wachter im alten Teutschen Wörter-Buch, h. v.

(4) Primam hanc eſſe agnoſcit Goldaſtus L. 2. c. 17. n. 2 de Regno Bohem. Conring de Germ. Imp. Civ. Th. 9. p. 3. Videas etiam Erici Maurit. Diſſertat. de Matric. Imp. Rom. Germ. §. VIII. p. 144. Wehnero ignotum hoc album fuit, uti patet ex obſerv. Pract. Voc. Matricul.

(5) Hanc Matriculam leges in Prodromo des gründlichen Berichts der Stadt Bremen in Append.

(6) Vid. Idem Prodrom. Loc. cit. & Limnæus de Jur. publ. L. I. cap. VIII.

(7) Lib. VII. c. 120. p. 931.

iam Statibus Imperii Immediatis annumerat (8). Quæ Matricula communi Doctorum, imo & Imperatoris ipsius consensu reliquis præfertur, prouti fidem facit R. I. anni 1576. §. 99. Cernes quoque in des Heiligen Römischen Reichs Anschläg Anni 1557. Rappoltsteinii Dominos ad 4 Equites & 35 Pedites taxatos esse. (9)

§. LXXVII.

Jam vero demonstrandum venit Rappoltsteinii Comites ad Comitia esse vocatos, &, cum apparuere, tales sese gessisse, quales immediati Status Imperii hac occasione gerere se solent. Hoc tam ex subscriptionibus Recessuum Imperii publicis, quam specialissime ex innumeris, quibus Rappolsteinense Archivum abundat, probationibus, affirmatur. Primnm ad Comitia vocatorium, cujus notitiam Tabularium Rappoltsteinense tradit, incurrit in annum 1479 (1). Ordinariis hoc

 in

(8) Vid. Goldastus in den Politischen Reichs-Satzungen Part. I. pag. 248. & Limnæus Lib. I. C. VII. post n. 29. sub circulo Rhen.

(9) Taxam hanc exhibet idem Limnæus Lib. IV. C. VII.

(1) Imperio hujus Friderici primum obtinuisse putant Publicistæ, ut status omnes & singuli per litteras vocati fuerint, quod antea qer Edictum fieri solebat. Limnæus Tom. I. add. J. P. cap. 7. n. 70. Mascovius Prin. Jur. Pub. Lib. V. C. V. §. VIII. Ideoque haud mirum, antiquiores litteras in Grammatophylacio Rappoltsteinensi haud reperiri.

in casu litteris Wilhelmus Rappoltsteinius à Friderico III. Imp. ad Comitia Norimbergæ celebrata vocatus est; in vocatorio hi termini occurrunt: Friderich .... Begern wir an euch ..... Ir wollet vns vnd den genanten vnsern lieben Sun, auch **Ewre selbst wirde vnd Ere** vnd behaltung des Heillgen Reichs zu hertzen nemen ꝛc. & porro in contextu: Auch vnnser Churfürstenn, Fürsten, **Euch vnd andre** vndertanen bei Irem Churfürstlichem, Fürstlichem vnd freyem wesen vnd das Heilig Reiche bey der dewtschen Nacion on zurüttung zu behalten, als Jedes vnns, dem heiligen Reiche, **Euch selbst**, vnd dewtschen Nacion zetund schuldig seit ꝛc. Sub dato Insprugg den 9ten May.

§. LXXVIII.

Anno 1496. monitorium quoddam Rappoltsteinii Dominis misit Imperator Maximilianus, ut essolverent, ad quæ, tanquam Status Imperii, essent obligati. Hic Imperator in dicto monitorio sic loquitur. Dich vnd annder vnnser vnnd des Reichs Churfürsten, Fürsten und Stånnde, & porro: dir vnnd andern Stånden des Reichs. Pari modo Comites Rappoltsteinios ad Comitia Annorum 1495. & 1497. vocatos novimus. In litteris vocatoriis de anno 1497. hæc leguntur: Darumb wir einen andern gemeinen Reichstag auf den andern tag des Monds Augusti nechst verrückt in die Stat alher gen Lynndaw außgeschriben, vnd vnnser Churfürsten, Fürsten **Euch vnnd anndre Stennde** des heiligen Reichs darauf zu kommen erfordert ꝛc. Eodem anno, durantibus Comitiis Lindaviensibus, Rappoltsteinii vocati

ti ſunt, ut deliberationi des gemeinen Pfennings halber adſint: hoc in reſcripto ita: Wie wir dann Unns zu Uch, als Gliedern des H. Reichs ꝛc. ꝛc. Itidem annis 1500. 1508. 1511. 1515. Rappoltſteinenſes tam ad Comitia, quam alios Conventus publicos vocati ſunt. Inprimis huc faciunt litteræ, quibus à Carolo V. Imp. Comitibus de Rappoltſtein; ut Comitia Wormatienſia adeant, injunctum eſt, ſub dato Coloniæ d. 1. Novembr. 1520. ibi enim hæc notanda verba: Solches verkunden Wir, dir Ernnſtlich bevelhendt, das du dich mit eyner geringen Antzal, auf ſolchen Reichstag perſonlichen fuegeſt, Uns daſelbs mit ſanpt andern Churfürſten, Fürſten vnd Stendern die Wir glicher wiſe beſchriben haben, alle obgemelt ſachen, vnnd annder des heyligen Richs dutzſen Nacion und gemeiner Chriſtenheit nottdurfften helffen auff zu Richten, zu beratſlagen, vnd enntlich zu beſlieſſen. Hæc nullum nobis dubitandi locum relinquunt Rappoltſteinios in numero immediatorum Statuum Imperii fuiſſe & in Comitiis Seſſione & Voto, eoque deciſivo non deliberativo (1) inter fuiſſe.

§. LXXVIIII.

Negandum quidem non eſt, Domum Auſtriacam exemptionem Domus Rappoltſteinenſis promovendam tentaſſe, ut in expediendis ipſius

 rebus

(1) Prouti nobis perſuadet R. P. La Quille in Hiſtoire d' Alſace Lib. XX. pag. 225 expreſſe enim loco allegato Imperator terminis, vnnd enntlich zubeſliſſen utitur.

rebus privatis eo pinguiora præstare valeret servitia. Nec admodum reluctatos esse Rappoltsteinii Dynastas reperimus, dum onera Imperii tunc temporis admodum fuere ingentia, idcirco etiam Wilhelmus Rappoltsteinius Consilio Austriaco Ensishemii sedem habenti, de hac Exemtionis causa quædam anno 1521. perscripsit, de maximis Imperii impositionibus admodum questus. Quo facto Regentes & Consiliarii illi Austriaci in scripto quodam Carolo V. Imperatori anno 1522 exposuere, Statibus his Alsaticis Collectarum Imperialium solutionem ideo injungi non posse, cum geminum alias humeris illorum imponeretur onus. Cum autem Status, quos eximendos esse putaverunt, nominant, Rappoltsteiniorum quoque mentionem injiciunt; quos ideo exemtione donandos esse crederent, quia multa eaque satis ampla Familiæ Austriacæ hactenus præstiterint officia. Responsi expeditio Consilio Ensishemiensi mittendi ab Imperatore Friderico Comiti Palatino Rheni, Commissario Principali Majestatis Imperatoriæ, mandata; in qua hæc verba fluunt: Und geben vch daruff zu erkennen, nachdem Ir wißet, das vff dem Reychs-tag zu Worbms ordnung vnd abschid durch gemeyne Reichsstend beschlossenn vnd auffgericht, darinn vnder andern auff gemelte Prelaten, Graffen vnd Herrn vormals von etlichen Jorn her auch In gemeynem Anschlag begriffen, das vns denselbigen zu endern oder yemandts nach zu lassen nit geburen wil ..... So wollen vns gentzlich versehen,

sehen, Jr werdet die obgedachten Prelaten Graven Herrn .... daran weisen ...... damit obbermeldter Anslag fürderlich vnd on lenger verziehen erlegt .... auch ferner handlung vnd Proceß derhalb durch beruerten Fiscal nit not werde: Dat. Nürmberg d. 20 Jan. 1521.

§. LXXX.

Fortissimum hoc Argumentum, quod Exemtio Rappoltsteinensis Comitatus diu quæsita, in ejus præjudicium allegari neutiquam possit, cum tunc tandem suam vim habeat, quando Cameræ Imperialis adprobatione tueri sese potest. Hæc vero non solum a Camera approbata nunquam fuit, sed perpetuo etiam contradixit Imperium, & ne hæc Exemtio procederet, totis viribus laboravit. Tres cæterum Publicistæ Exemtionis formant species (1) quarum priores nihil ad nos; tertia tantum modo nos tangit; nempe illa, qua Status quidam Imperii immediatus ab alio Statu immediato ab Imperii immediata subjectione avellitur, adeoque mediatus efficitur. Et hanc Exemtionem duplicis iterum generis fuisse reperimus; nam Status Exemti vel ita aliorum potestati sese subjecere, ut Status Eximens omnia, quæ ab Exemto antea solui solita fuere tributa, in se susceperit; vel ita, ut nec Eximens, nec Exemtus ulla amplius Imperii onera subierint. Prioris generis Exemtionem haud multum curasse Imperatorem liquet ex R. I. de anno 1548. §. Vnd als durch

(1) Reinking de Regim. sec. Lib. I. Cl. II. n. 1.

durch. Nec contra hosce Fiscali actio competebat ex eodem R. I. §. cit. Hoc etenim modo nihil præjudicabatur Imperio, cum Status Eximens Exemti partem collectarum in se susceperit, adeoque Exemti onera Eximenti adcreverint (2).

§. LXXXI.

Posteriorem vero eximendi modum, (qui tamen hic noster est) neutiquam permittere potuit Imperator, cum haud mediocre damnum ejusmodi exemtione Imperio adferatur (1). Magnas igitur hac de re Imperatores subinde moverunt querelas, deplorantes, exemtiones increbrescere, Sanctumque Imperium discerpi magno suffragiorum & subsidiorum, virorum atque virium damno pariter ac peste. (2) Hinc singula fere Comitia de restauranda Matricula fatigata fuere (3); & in Instrumento Pacis Monasteriensis (4) de renovanda Matricula & reducendis Statibus Exemtis cautum est.

§. LXXXII.

(2) L. 20. §. 1. H. de Acquin. Rer. Domin. & d. Rec. de anno 1558. §. ob aber der, so ausgezogen wird, dem außziehenden Stande, cum onere oder sine onere zustehen soll.

(1) Uti apparet ex R. I. de anno 1548. § Ettliche andere aber werden ausgezogen.

(2) R. I. de anno 1570. §. Als wird dann weiters.

(3) R. I. de anno 1571. § Und wiewol ihr.

(4) art. 9. §. 64. habeantur &c.

§. LXXXII.

Et ne Exemtionibus injuſtis Imperii vires minuantur, mandata de inquirenda Exemtionis aut veritate aut æquitate ſæpiſſime fuere exhibita; In Receſſu Imperii de anno 1548 (1) Judicio Cameræ Imperialis inquiſitio in omnes Status exemtos injungitur, quos ſi non jure ſeſe exemiſſe invenerit, Imperio rurſus adjungere debeat. Idem Imperii Receſſus (2) Fiſco Imperii adverſus exemptos in Camera agendi poteſtatem concedit: In eodem etiam Receſſu (3) requiritur, ut, ſi quis à Fiſci Imperialis executionibus ſe liberare velit, ei probandum incumbat, ſe Statui eximenti immediate eſſe ſubjectum, nec unquam Voto ac Seſſione in Comitiis ſe eſſe gaviſum, aut, ſi eo fuerit gaviſus, ſe tamen juſte contra illud præſcripſiſſe; quod ſi probari nequeat, lis continuetur, uti juris.

§. LXXXIII.

Hæc clariſſime comprobant, nullam Exemtionem jure factam eſſe, atque nullo modo ſubſiſtere poſſe, quæ ab Imperio non fuerit confirmata, vel juſto præſcriptionis titulo acquiſita. Tuto itaque aſſe-

L rere

(1) §. 54. Und ſoll unſer

(2) §. Etliche andere aber

(3) §. 56. In hodiernis etiam Capitulationibus idem cavetur; Vid. Capitul. Caroli VI. art. 5. & Caroli VII. art. 5. §. 10.

possumus, tentatam Familiæ Rappoltsteinensis Exemtionem perse, ac in sua natura nullam esse, dum nec Leges Imperii nec præscriptionem in sui favorem allegare illa possit. Quid quod conatus illi Ducum Austriæ Exemtionis nomen minime merentur, cum nunquam ad plenum perduci effectum potuerint. Id circo etiam in Annis 1522. 1525. & 1526. ad Comitia Norimbergensia, Augustana, Spirensia, Ratisbonensia formula solenni Dynastæ Rappoltsteinii iterum vocati sunt. Id quod annis etiam 1430. (1) & 1431. factum reperimus. Posteriori hoc anno Taxa Imperii confecta Dominos de Rappoltstein 8 Equites & 90 Pedites instructos paratosque habere jussit, ut in expeditione Turcica Imperium commode illis uti possit. De mittendo hoc subsidio à Carolo V. Imperatore Anno 1532. iterum mentio facta.

§. LXXXIX.

Die Martii 20. Anni 1533. Wilhelmus à Consilio Ensishemiensi locum quendam eligi petebat, ubi de hac exemtione mutuo colloquerentur. In scripto allegat Wilhelmus, se quidem nexu feudali Imperio quoad certa bona addictum esse, si vero

(1) In contextu harum litterarum hæc sese habent. **Du vnd andere Stende des hailigen Reichs 2c. 2c.** Porro: vnd by den Pflichten, damit **du vns vnd** **dem Reiche** verwand bist.

vero ideo Imperii onera ipsi imponerentur, se imparem fore officiis Domui Austriacæ præstandis; quod repetit in litteris hac de materia d. 15. Martii 1535. eidem Consilio transmissis.

§. LXXXV.

Nihilo autem secius ad expedienda omnia, quæ subsecuta fuere, negotia, tam Imperium totum, quam separatim Circulum Rhenanum concernentia, Rappoltsteinii Dynastas invitatos esse, ex Archivo Rappoltsteinensi clarissime patescit. An. 1535. à Circuli Rhenani Membris ad solvendos 636 florenos ad expeditiones contra Anabaptistas destinatos admoniti sunt; quo ipso anno ad Comitia Wormatiensia forma solenni sunt citati. Ipse Romanorum Rex Ferdinandus anno 1536. ad sistendos, milites, ad quos Comitia Ratisbonensia illos obligarint, quam maxime Eos admonuit; his cœterum utens verbis, quibus ab ipso etiam jus immedietatis & Status Rappoltsteinensibus confirmatum videtur (1). Anno 1541. ad Comita Wormatiæ celebrata iterum vocatos legimus Rappoltsteinios. Anno 1542. rescripto Imperiali solutio contingentis ad sustinendum judicium Camerale Dominis de Rappolstein sub pœna quadam injuncta est. Quæ omnia satis detegunt, Imperatores, licet Au-

 stria-

(1) Ibi enim hos leges terminos. Euch vnnd andere des hailigen Raichs Churfürsten, Fürsten vnnd Stennde ꝛc.

ſtriacos, nunquam tamen ceu Imperatores Exemtioni huic annuere voluiſſe, ſed omni modo contradixiſſe.

§. LXXXVI.

His effectum, ut in eodem anno 1542. d. 18. 7bris à Directoribus Circuli Rhenani ad Conventum Circularem Wormatiæ habendum Domini de Rappoltſtein iterum invitati fuerint, ex qua invitatione etiam pateſcit, eosdem antecedentibus Comitiis Norimbergæ inſtitutis per legatum inter fuiſſe, (1) id quod evidentiſſime probat, Ipſos juri ſuo renuntiaſſe non poſſe videri. Ita anno etiam 1543. die 27. Maji Carolus V. Imperator ad Comitia Spirenſia litteris ſolemnibus Eoſdem invitandos curavit, inter alios his quoque terminis utens: *Angeſehen das one Euch, auch anderen Churfurſten, Furſten und Stende perſonlichen gegenwurtigkeit in ſolchen des Reics hohen und trefflichen obligen, nichts erſchieſslichs noch austreglichs gehandelt werden mochte.* Et ejuſmodi invitationes in omnibus ſequentibus Comitiis Dominis Rappoltſteiniis ab Imperatoribus miſſæ ſunt.

§. LXXXVII.

(1) Sic ſonant litteræ. Von Gots gnaden Heinrich Adminiſtrator der Stifft Wormbs..... Pfaltz-Graff bei Rein.... Wolgebornen lieben beſundern, Jhr habt onn zweifell, nunmer von Ewerem Geſanten, ſo zu Nürnberg vff jungſt gehaltenem Reichstag geweſen gnugſam vernomen ꝛc.

§. LXXXVII.

Cum vero nihilo ſecius tardiores in ſolvendis ſubſidiis fuerint Rappoltſteinii, acri illi monitorio à Carolo V. d. 25. Auguſti anni 1544 miſſo percuſſi ſunt; in quo Imperator allegat, Procuratorem Fiſci maximas contra Status quoſdam immorigeros moviſſe querelas, adeoque etiam contra Rappoltſteinios Darumb (pergit) vnnd dieweil vnns dann ſolcher deiner Vngehorſam ſeůmbnuß vnnd verzugd .... lenger zu zu ſehen kheins wegs gemeint iſt, So gepieten wir dir by peen zehen Marckhen lòttigs Golds ..... vnableßlich zu bezalen .... Im fal aber du mit der erlegung ſeůmig oder vngehorſam ſein wůrdeſt, als dann ſo heiſchen vnnd laden Wir dich ..... daß du ..... ſelbſt, oder durch deinen volmechtigen Anwaldt, an gedachtem vnnſerm Camergericht erſcheineſt 2c. 2c. Hæc Rappoltſteinii Conſilio Enſishemienſi dicto anno iterum perſcripſere, ut eo curam intendat, quo a perpetuis hiſce Imperii tributis liberentur, ſe interea, quæ nunc poſtulentur tributa, exſoluturos. Quæ vero non impedimento fuere, quominus Anno 1545. ad Comitia Ratisbonenſia (1) & 1547. ad Comitia Auguſtana Carolus V. Imperator Eos citaverit.

§. LXXXVIII.

Anno 1449. d. 16. Maji Conſiliarii Auſtriaci,

(1) Hac Formula: Solches verkunden wir dir hiemit von Romiſcher Kaiſerlicher macht, bey den Pflichten, damit du vns vnd dem Reiche verwandt biſt.

Ensishemii morantes, Wilhelmo Rappoltsteinensi significavere, contra Ipsum à Procuratore Fisci Imperialis actionem de recusata Collectarum solutione esse institutam, quamvis autem Rex Romanorum Ferdinandus de eximenda Domo Rappoltsteinensi laboraverit, tentata tamen hæc exemtio cursum juris rescindere haud valebat. Procurator enim Fisci d. 6. Junii 1549. à Camera petebat, ut ad excutionem contra Comites Rappoltsteinenses sibi procedere permitteretur. Camera vero Imperialis, in tantum à petito recedebat, ut Domino de Rappoltstein liti contestationem instituendam injunxerit. Quo facto Familia Rappoltsteinensis, per Procuratorem quendam comparens, protestando liti se immisit, adductisque quæ ad defensionem facere credebat Procurator, ut Domus Rappoltsteinensis ab omnibus Imperii oneribus liberaretur, concludit.

§. LXXXIX.

Cum vero luce meridiana clarius fuerit, Immediatorum Statuum numero Comites Rochspoletanos adscribendos esse, iterum ad Comitia Augustæ-Vindelicorum habenda à Carolo V. anno 1550. vocati sunt (1). Annis quoque 1551. 1552. &

(1) Hæc illæ litteræ ferunt: Ermanen darauff dich aus notturft vnd obligen des hailigen Reichs teutscher Nation bei den Pflichten, damit du vns vnd dem heiligen Reiche verwandt bist ꝛc.

& 1553. (2) ad Comitia Wormatiæ, & Ulmæ instituenda nova Caroli V. vocatio advolavit.

§. XC.

Circuli Rhenani etiam Status protestationem contra hancce Rappoltsteinii Exemptionem opposuere, prouti testantur ipsæ litteræ ab ejusdem Circuli Membris (qui tum Wormatiæ convenerant) Egenolpho Rappoltsteinio missæ (1). Quæ pari-

(2) Clarissime sese in hujus anni litteris vocatoriis exprimit Imperator, verbis: Ermanen demnach dich himit bey den Pflichten damit du vns vnd dem heiligen Reiche zugetan, vnd verwandt bist ..... Vnd wollen das du .... erscheinest .... auch hirrin nit vngehorsamb oder seumig erscheinest **noch dich auf andere waigrest entschuldigest oder verziehest.** Quibus sane verbis omnes prætextus irritos esse voluit Imperator.

(1) Scriptæ sunt illæ litteræ d. 21. Januarii 1556, & sic sese habent. Wolgeborner Graff..... Genediger Herr .. ... vnnd befunden worden, das etliche Stende in diesenn Rheinischen Kreiß gehörig, durch anndere außgezogen werden, die sich damit vermeintlichen entheüßern vnnd entziehenn wöllen, diesem Kreiß Irenn gepürenden beistannd.... vorzuhalten, dieweil vnd aber der Kreiß dardurch geschwecht, vnnd demselben nit ein geringes abgeen, auch beschwerlich fallen will dem in die leng noch zu sehen, So haben wir vnns jetzo ..... miteinnander verglichen E. G. vnnd Gnaden ...... eins solchen zu erInnern,

pariter, cum prioribus morem genere denegasset Egenolphus, eodem in anno iteratæ sunt. Denuo Status Rhenani Membra petiere, ut compareret Egenolphus, seque Membris hujus circuli adjungeret.

§. XCI.

Quid quod ipse Ferdinandus, qui antea, cum Romanorum Regis nomine adhuc innotesceret, Domum Rappoltsteinensem eximendam curavit, Romanorum Imperator factus tentatæ huic Exemtioni adeo non annuit, ut potius Egenolpho Comiti Rappoltsteinio certæ argenti summæ, quam ceu Imperii Status expendere debebat, solutionem injungeret, indubitatumque jus immedietatis Rappoltsteiniacæ proprio suffragio confirmaret (1). Anno 1564. à Circuli Rhenani Statibus ad Conventum Circularem Wormatiæ celebrandum iterum vocatus est dictus Egenolphus, annexo simul monitorio, quod, nisi compareret, am-

nern, vnnd ist Inn Namenn vnnserer Gnädigenn Fürstenn ..... an E. G ..... ersuchen, die wöllen sich alls ein mitglied vonn diesem Kreiß ..... ghar nit absondern 2c. 2c.

(1) Rescriptum hocce misit Ferdinandus d. 23. Januarii 1562. in quo sic fatur Imperator: Vnd fürnemblich bedencken, das dannoch du ein solches dem Hailigen Reich zu ehren, vnd damit dasselb bey seinen Wirden und wesen erhalten werde, den Pflichten nach, damit du dem Hailigen Reich verwandt, etlicher maßen zu thun schuldig möchtest sein.

amplectenda forent media à Recessibus Imperii contra immorigeros præscripta. Eadem iterato facta citatio anno 1579. qua ad deliberationem Circularem Wormatiæ celebrandam Egenolphus vocatus est. Hac de causa Directoribus Circuli eodem anno quædam perscripsere Rappoltsteinii, ex quibus, Ipsos tentatæ hujus exemtionis nullitatem habuisse perspectam, elucet, qua etiam, si res adhuc fuisset integra, exuere sese lubentissime voluissent. (2)

§. XCII.

Ad omnes cæteroquin subsecutos conventus tam totius Imperii, quam separatim Chirculi Rhenani solenni semper formula citati invitatique sunt Rappoltsteinii, uti scripta originalia Grammatophylacii Rappoltsteinensis satis superque testantur. Illis vero interesse idcirco dubitarunt, cum, quod Landgraviatui præfectum erat, Consilium

M Ensis-

(2) Epistola hæc refert: Wiewol ich nhun nit weniger, dan andere, was zu gemeiner rettung dewtscher Nacion .... dienstlich vnd nottwendig, gern nach meinem vermögen vornemen auch bei dem vnd anndren tagen zu erscheinen vnbeswert wehre, so werden doch die verordnete Comissarii oder Inquisitores.... lengst zweiffels ohn aus meinem vbergebnem schrifftlichen bericht.... referiert haben, was vrsachen bißhero sonnderlich aber wegen der Rechtuertigung so lange Jar ann der Keyserlichen Camer vnausgefiert pliben, vnd noch ich nit erscheinen khennen, wo aber die Ir endtschafft erreicht, denn wolt ich gern gehorsamen ꝛc.

Ensishemiense, ex Ducum Austriacorum mandato, ne illos adeant, semper prohibuerit. Hæc lis in summo Tribunali Cæsaris continuo indecisa pendebat, actore Procuratore Fisci, nec ullum est dubium, quin pro Immedietate pronuntiatum fuisset, cum tam evidentia adfuerint testimonia, quæ nullo modo poterant eludi. Præsertim cum unica ferme præscriptio in processu fiscali attendatur, id quod ex celebri Exemtionis causa Fisci contra Holsatum & Hamburg. (1) videmus: ibi enim sola tantum præscriptionis exceptio, velut ad probationem relevans servata fuit, cum reliquarum nulla inquisitio fuerit facta. Hæc vero præscripto non promiscue sufficit, quando de mutatione Status, & sic de maximo præjudicio agitur (2). Ob Imperii enim utilitatem sancitum est, ne ulla præscriptio procedat, nisi vetustas omnem excedat memoriam (3).

§. XCIII.

(1) referente Scipione Lib. 4. Decis. Cameral. 126. Myler de Stat. Imp. cap. 100. n. 3. & Knipschild de Jur. & Priv. Civ. Imp. l. 1. c. 18. n. 59.

(2) Tomatus de Collectis §. ex act. n. 28. Freherus lib. I. de Fama c. 10. n. 1. 2. 3.

(3) R. I. de Anno 1548. §. Wann auch ein ausgezogener: ibi: Wann gegen ihn nicht dargethan werden könnte, daß er je in Menschen Gedächtnuß in des Reichs gemeinen und nit privilegirten Hülffen contribuirt. Gail de arrest. Imp. c. 8. n. 24. Meichsnerus tom. 3. decis. 6. n. 39.

§. XCIII.

